

SYNODVS PATR⁷V

I 5 5 8

11 M



DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI, ORATIONES

DVAE, DE SANCTA PRECATIONE,

sive de orando Deum, Patrem omnium, hac iniuria

& temporum indignitate, qua videmus, partim Christiani

nomini hostem perpetuum Turcam, longius progressum in Vngariam, co-

pijs petere Germaniam, omniaq; armis tentare, partim civili sanguine can-

dem redundare, Omnibus Christianis : quo nihil antiquius, pace credant.

Has facultates precationum, ut ardor & furor consistat, impen-

dant in bellum, omne robur ac vires expendant, & Christo

duce, his armis Tyrannidem Turcicam exterminent:

pietatis ergo carmine reddita, Per Ioannem

Leandrum P. L.

ADDITA EST NORMA PRE-

cum, singulorum Psalmorum, flantem,

et reflantem fortunam, veluti alterna veli-

ficatione, moderanda.

N I S S A E,

EDITAE IN OFFICINA IOAN-

NIS CRVCIGERI.

ANNO M. D. LVII.

THE NATIONAL
EXHIBITION
OF THE
ARTS AND
MANUFACTURES
OF GREAT BRITAIN
AND IRELAND
1851



2272957

ADVERTISING
AND
PRINTING
ESTABLISHMENT
No. 1, Abchurch Lane,
London, E.C. 4.

PRINTED BY
JOHN W. LANE
AT THE
PRINTING OFFICE
OF THE
PUBLISHERS

REVERENDIS

SIMO ET CHRISTIANO PRINCIPI

ac Domino, D. BALTHASARI, Episcopo Vra-
tislavienſi etc. Libero Baroni Pleſnen. maiori for-
tunæ acceſſione iam iam Illuſtrato, Regio, eoq;
ſupremo, vtriuſq; Sileſiæ; capitaneo etc.

Domino ſuo clementiſſimo, gra-
tiſſimoq;.

STOICI nos admonent, Tam diu deficere hominem,
Squam diu non proficit. Neq; proſecto admodum be-
nigne agitur, quod curriculum exiguum vitæ, natura cir-
cuſcriptum, nullis honeſtis impenditur ſtudijs, Princeps
Clementiſſime. Propterea, cum proximè morbo ancipiti
ægrotaſſe (diuina, quod merui, virga correptus, et verber-
atus) cœpiſſem, Menſamq; et Animum, et Corpus, non
mediocriter conturbaviſſem : vt neq; hanc : quoniã nec man-
ſum, neq; pinſum, deglutire ſuſtinuerim. Neq; illum, quod
propè fortunæ ictibus expoſitus, intelligerem, eos fortas-
ſe, hunc vitæ meæ hilarem curſum, offendere, qui ſplendo-
rem, ſpeciem, et ſortem, lubricitate amicorum, qui menſtrui
recurrunt, huius vitæ intuentur, ſollicitudinem, laborem,
ſtudium, conſcientiam, puram mentem, rectam fidem, du-
bijs, perſpicere non poſſunt. Quodq; cogitarem, incerta
habita deliberatione, maleuolorũ iniurias, in me, ſine cau-
ſa, conceptas, odiumq; (quod mitigari, me volente, po-
teſt, vel tempore, cum vtilitate, et voluptate, deponi) per-

A h

ſequi,

Tequi, et non meminisse saltem, impium esse, et ingratum,
propterea vt Cicero monet, Quia vlciscēdæ iniuriæ, facis
lior ratio, quam beneficij remunerandi. Hoc, quod obij=
cere contendunt, eiusdem, Omnium perturbationum ma=
trem, immoderatam quandam esse intemperantiam, Cum
illud inueterata quodammodo consuetudine, in aulis, in
anterioris, et imperantis, communemq; amicorum et socio=
rum, profusis epulis, et vino largiori, salutem, et prospe=
ram valetudinem, præsentī animo, non raro contingat, et
fiat, Non requisita animi continentia, Maiorum legem in
ius vocitent cōiunctissimi, et non secus illa fieri, Quod, qui
socium fefellisset, in virorum bonorum numero, non pu=
tarint haberi oportere, Quāuis in me minime, sed neces=
sitate vitæ, officio deciso, cauponaria quæstura (meo quid=
em iudicio, absurdissima studiorum æmulo) quærere, atq;
in posterum meis prospicere, cum sordidis interdum per=
potans, pro more sordido: cogar in hunc diem. Cumq;
iam propius viderem, Medicum tuum Princeps, peritissi=
mum, pium, candidum, et solidè in sua facultate professum,
magnam salutis meæ rationem, curaq; ipsius, inprimisq; di=
uino præsidio, indies morbum imminuere, et Alipten do=
ctum, medendis vitiosis, et commodo loco exulceratis hu=
moribus, Itidem rationem, Medico reposcente, phlebo=
tomix, et coloris, habuisse. Ita vt iam melius, etiamsi diu=
turnior et longior mora, et sentiam et procedam. Præ=
sentius tandem, et salubrius multo accesserit collyrium, cū
viderem, quam suauiter voluptas vitæ, in fronte morbi,
sensibus nonnihil remotioribus, concussis, et turbatis, blan=

diretur.

diretur, Nimirum, cum in primo, eoq; repentino ceu paroxysmo: in quo, ne puncto temporis frui vita, et communi spiritu, crederent, nisi maturius Salvatoris Christi adiutus benignitate, voluerer, Magna et præclara tibi Princeps mansuetissime, cum percrebuisse fama doloris de me, tuo cliente, fuisset sollicitudo. Ita, vt quamuis te, et publica et priuata negocia, indies magis ac magis distringerent, meam salutem, pio animo, paternè et sincere complexus fueris, mihi bene cupueris, et optaueris, Et conciliata beneuolentia, singulis etiam diebus, mihi, æquè cunctis, quasi Maiestatis tuæ, fasces et vexilla submiseris, meiq; sic honorificentissimè (referente comprimis D. Paulo Crenæo, Archidiacono. D. Matthæo Schebitz, Scholastico. et D. Ioanne Schenckio, Capitaneo tuarum prouinciarum, homine candido, læto, et Musis amico, totaq; nunciante aula) mentionem feceris, vt in quodam, veluti, tuæ clientelæ, et patrociniÿ confessu, non posteriores, mihi immerenti, assignaueris gradus, Nec placida mentione saltem: testimonij, sempiternorum erga me tuorum meritorum, meaq; in te pietatis: verum etiam amplissima liberalitate, et munificentia, qua me ferè ab usum profiteor, quod toties me uolente, et nunciolo missitante, sine exceptione et molestia aliqua, necessaria valetudini et appetitui meo iusseris administrari, Princeps Religiosissime, cui ego propterea vberes ago gratias, meamq; omnem salutem pro te, cum nihil aliud præstare possim, si ita detur, multo citius obiecturus: prosecutus fueris. Quod factum sic intelligo, huiuscemodi exemplo te voluisse, iacentes literarum ocio animos erigere,

gere, et marcentem stomachum excitare, ornamentisq; tuis omnibus, quæ te beatum et fœlicem Principem, et Antistitem ferè, ad sanctam senectutem perduxerunt, eamq; vsq; ad rogam prosectura videntur, accedere, Vt verè à Stoicis admonitus, in posterum longe prospicerem, et veluti publica fide cauerem, vt proficerem, cuperemq; omnibus virtutibus cum Cicerone esse affectum, Sed nihil magis etiam malim, quam me, apud te, et gratum esse, et videri, matremq; omnium reliquarum virtutum, Gratitude amplexi, Ita vt saltem aliqua ingenioli exigui degustatione magnam omnium opinionem, et maiorem liberalitatis cõmendationẽ deosculer, et venerer. Non impeditus, quod alias, de te omnes loquuntur prouinciæ, et virtutes tuas præclarissimas, earumq; amplissimum præmium, breuitatẽ vitæ huius, posteritatis memoria, consolantem gloriam, nulla vnquam obmutescit vetustas, omnes homines et gentes, veluti te, de cœlo delapsum intueantur, nec vsquam vllam esse oram desertam, quam non tua egregia, et religiosa fama persuaferit. Maiorisq; curæ sit, cogitare, qui, ita de me gratiosè, et liberaliter merito, gratias, aliquo modo, referrem. Ergo, ne scelus facerem, nullam moram interponendam statui, quin, iam morbo detentus, & non ita Reip: cura cõstrictus, laxiore dato ocio, præsentis fortunæ vulnere percussus, nonnullam doloris Medicinam, è cœlo deuocatam, a studijs peterem, & honestissimam studiĩ delectationem caperem. Placuit sic, vt fori studia, salutis meæ, pro parte, aduersa, aliquâtisper deponerẽ, præsertim cum alias in animo haberem, priuatam studiĩ vitã viuere, quiescam

tam illam, et molestis vacantem, et ingenij acrimonia (quam
tamen non dixeris hebetudinem) inquietis, quibus salus cu-
ræ parū est, in foro gloriandam Rabulis, relinquere, et me
paululum ab orationibus inceptis, dissungere, et ad man-
suetiores Musas, quæ nunc me maximè, sicut à prima, et ab
ineunte, ætate, delectarunt, referre. Et quamvis notum et
testatum est, Hac tempestate, paucos Mœcenates existere,
præclaros, multosq; vilescere Pœtas, Iustinianos, peris im-
peritare, granis gloriari, delectationi huic, paleas obhære,
de lucro sibi circumspicere: Attamen, cum sciam, laboranti,
iucundissimum esse, Idq; genus è doctis antiquissimum, et
propterea apud Græcos, quo Poetis minus honoris, eo
minora studia fuisse. Pellectus gloria, cum plurima, quæ in
Chrysostomo, per transennam videns, incoeperam, depo-
suerim, et poemata quædam quæ fortassis immatura, à Lis-
tuore possint reprehendi, non ad amussim adhuc perfecta,
confoderim, Orationes duas D. Ioannis Chrysostomi, de
orando Deum, tanta indignitate, et iniquitate temporum,
ad arcendam, præsentem Tyrannidem, et exterminan-
dum Turcam, commodam et necessariam materiam, ver-
tendam, atq; exiguo meo carmine, illustrandum, duxi.
Motus nimirum scintillis pietatis, in hisce orationibus,
precationem variantibus contentis, historijs, atq; exemplis
exornatis, partim in memoriam, hinc inde piorum homi-
num de orando et precando Deum, reuocatis sententijs, et
orationum fructibus, vti apparet, ad libitum paucis adie-
ctis meditationibus, Nimirum.

SI ad Deum, patrem nostrum, mente pura accedamus, ipsumq; in calamitate constituti precemur, nō esse hæsilitandum, quin eius clementiam, facile exoremus et propiciū Numen sentiamus.

Condonat ihs, qui fatentur peccata sua, qui sedulo profundunt preces, quiq; credunt, sanguinem Iesu Christi, omnium delictorum et scelerum expiationem esse.

Quisquis pura, et casta mente precatur, gratissimum responsum fert à spiritu Dei.

Inuoca me, tempore difficili, et calamitoso, et ego te, omnibus ex malis eripiam, tu verò honorabis me.

Deus, nunquam repudiat preces meas, semper attentas aures præbet rogationibus meis, bonitatemq; largitur suam. Itaq; labentem, ac propè iacentem animum, beneficio, tuorum, summe pater, recordatione, sustento.

In prosperitate modestos, in afflictionibus sobrios esse decet, et vigiles, non effusos, precantes, et perpetuas gratias misericordiæ Dei, agentes.

Maximum sacrificium, et perfectæ oblatio, precari, et pro beneficijs à Deo acceptis, gratiarum actio.

Orate sine hæsitatione.

Oret, in fide nihil hæsitans.

Anastasius. Vir Christum precibus portās, veluti Deus est super terra.

Multi adorantes Dominum, sed vitam illo indignam viuentes, non animaduertunt, se reos esse, mortis Seruatoris.

Sic

Sic Psalmum dicam nomini tuo, in sæculum sæculi, vt red= dam vota mea, de die in diem.

Cum acerbè me vexarent hostes, ego orationem meam ad te Domine, Ego auxilium tuum assiduis precibus implo= rabam, ratus, esse vnicum perfugium, et portum homini pio, rerum aduersarum tempestate iactato.

Si per omne tempus precationibus, ac Dei cultui, studioq; pietatis dediti viuamus, hanc vitam, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hanc bonorum omnium, summam existimā= tes, vota nostra offerre Deo, sincero, puroq; corde.

Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam, et gratiam, ad auxilium oportunum.

Ob eam causam creati sumus, vt in terris iustè, cum fide, et pietate, assiduis precibus viuentes, in cælum migraremus, et cum Deo beati, æuū ageremus sempiternum.

Animæ lumen precatio.

Christus eos æterna corona donat, nō qui coacti, sed qui certo animi proposito, à peccato abstinent, et iugiter de= precantur, et orant.

Reliqua est vna consolatio, vt animum labentem, et prope iacentem suauissimi nominis tui recordatione, et inuoca= tione, sustentem, in hac solitudine Iordanis, Hermonj, et Mizoari.

Et quid dico, dies sanctæ Quadragesimæ transmittere, Cū prorsus nos nullam diem transigere oporteat, si possibile est, per omnem vitam nostram, in qua non lucrum ali= quod spirituale, vel per preces, vel per confessionem, aut Elemosynas in nobis reponamus.

Quæ sunt animæ indumenta? Elemosyna, et largitas in
pauperes, Hoc enim maximè animæ vestimentum est. Si
autem vis non solum vestimenta parare, sed etiam ornare
eam, sicut corpus solet, Appone adiutoriū, quod ex pre-
cibus est, et continuis lachrimis faciem tuam lauare nō ces-
ses. Nam sicut faciē corporis tui quottidie abluis, ne qua
fortè macula faciei inhærens foeda appareat. Sic et ani-
mæ curam habe quottidie, precibus et lachrymis eam ab-
luens calidis.

Daniel inquit, Tunc stabit Dux magnus pro filijs, Iam igitur
exerceamus fidem, et inuocemus ducem Christum.

Sic David petit, Si Dominus volet, reducet me, Et tamē
sciamus, preces non esse irritas, quia Deus etiam corpora-
lia dat, vt conseruet Ecclesiam, Politias, et Aconomias.

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

Mane oratio præueniet te.

Mane instituam ad te orationem.

Vespere, et mane, et meridie precabor, et vociferabor, et
exaudiet vocem meam etc.

His, ô fratres moti, et nos ad Deum, in omnibus afflic-
tionibus, perturbationibus, diuexationibus, cōfugiamus,
ab hoc, indefessis precibus contendamus, vt condonatis
clementer peccatis omnibus, propter dilectum illum filium
suum Iesum Christum, nos seruare, fouere, tegere, conso-
lari, hostes propulsare, immanissimum Turcam profliga-
re,

re, breuiter in omni necessitate, præsentī auxilio adesse, dignetur.

Dauid coniectus in extremum periculum, cum propter ipsius peccatum, pestis sæuitia septuaginta hominum milia, intra dies pauculos intercidissent, mox ubi precibus et orationibus confugisset ad Deum, confessus peccatum, orans veniam, misericordiam Dei implorans, extructoq; altari in area Areuna Iebusæi, holocausta, et pacifica obtulisset, Deus propiciatus est terræ, inquit scriptura, et cohibita est plaga, ab Israel.

Itidem, et misso Iona, minatur Deus, se Niniuen populolissimam, et clarissimam urbem euersurum, Sed mox, ubi ad concionem Ionæ pœnitentiam egissent, atq; indefinenter precati fuissent Niniuitæ, misertus eorum Deus, culpa condonata, supplicium remisit.

Motus h̄s, et similibus, et ego, inquam, me in hunc ordinem benignum studiorum, facultatem nimirum, scribendi ieiunam, ad sacras literas contuli, atq; in vorsa numeris suis redegei. Et cum viderem nouitios plerosq; ex inscitæ tenebris pedem mouere, Vespertilioes agere, neq; mures, neq; aues esse, et veluti Simias: quæ turpissima bestia, ab Ennio vocatur: suos catulos, ita suos fetus temporum commentis, etiam populari lingua, iniuria studiorum præpeditis, quod latinæ linguæ vsum nullum habeant, formosissimos putare, ad te sturmatim et gratulatim, P R I N C E P S fortunatissime, aduolare, tibiq; suum palpum obtrudere,

B h̄

Absurdum

Absurdum iudicavi, et veluti vitæ commodis me priuatum arbitrabar, Si non et ego, graculus tuus, vel potius lasciuus tuæ laudis Psytacus, vel χαρις saltem dicerē, nominiq; tuo inscriberem. Statui autem, memoriam tui beneficij, volūtatīs, animi, atq; liberalitatis, sempiternis officijs, et studijs velle colere, imperata facere, omnia studia ista, quæ modo veluti per vmbra[m] viderē, et mihi occupato furta saltem temporis sunt: ad Illustrem tuam referre gloriam, Non solum dum anima exuperabo mea, sed etiam, vt tibi mors tuo monumenta tuæ in me gratiæ et fauoris Clementissimi, permanere possint, Non etiam, vt panegyricon, aut Iliada, laudum tuarum contexam, præstare enim hoc nequeo, cum mansuetudinē, omnium virtutum gloriam, comitem, et fortunarum tuarum splendorem, quem anteriorum nullus profecto cōsecutus: studijs meis adæquare, minimè valeam, Contentus, quod idem de te Princeps, quod de Vlysse inscribit Homerus, ἄμωπον vocitans, affirmare, et dicere non dubitem, Et vt de Vlysse, Horatianum tibi, veluti Romani fecerunt Seruio Sulpitio, antiquo more, honestandæ virtutis et gloriæ, in medio foro, statuam ponam.

Rursus quid virtus, et quid sapientiā possit,

Vtile proposuit nobis exemplar, amicus

Balthasar Antistes.

Contentus item, quod et tu exemplum sis moderationis, mansuetudinis, et iustitiæ, sicut Cæsar Constantinus, Quodq; sibi nunc multi, suæ premum remedium, per te adhibere soliti, qui Athanasij exemplo, ad te confugiunt, velut ad aram, præsidiumq; legum,

gum, Contentus etiam, quod pensitata tui officij, et dignitatis, mensura, in te muneris Pontificij et Episcopatus, nihil desideretur, eaq; omnia sedulo præstes, quæ D. Chrysostomus, præcipit, inquit. Pauperi, citra animi tui molestiam aurem inclina, atq; illi pacificè, humanèq; responde to, blandè et perhumaniter appellato, vt accepto munere, ex consolatione tua, dolorem sopiat.

Eccliaſt. 18. Fili, inquit, In bonis, ne des querelam, et in quocunq; dato, ne des triftitiam verbi, Nonne ros ardorem tollet? Sic verbum melius quam datum. Ecce enim verbum supra dona ipsa, excellens bonum.

Oportet similiter Episcopum erga subditos affici, vt si pater erga liberos suos, admodum infantes, afficeretur.

Episcopum necesse est, in singulos dies sementem facere. Et hisce innumera alia. Sed hoc præcipuo, eoq; sanctissimo, Deo acceptissimo, tandem contentus, Quod cum Deus auerſetur eos, quibus est sanguinaria mens, tibi sanguinaria mens non sit, et Barchochebas odio prosequaris. Testatum enim est, quando necessitas punire iubet, hortaris tuos Officiarios, ne crudeliter reis loquatur, Ne ferina in eis vtantur sæuitia, dum tu longanimiter et misericorditer agis, supplicium, pro delicti modulo, misericordia temperas. Neq; etiam admodum indulges, Exemplo motus Sacerdotis Heli, quem Deus grauissime mulctarit, ob nimiam erga filios indulgentiam: meritis enim non raro, licet sonites sint, quod Asiaticis hodie, solenne est, et procumbant, et terram coram te deosculentur, supplicium tamen retrahis. Non, inquam, vt antea dixi, panegyricon, aut Iliada

laudum tuarum contexam, Sed vt rebus meis odio clam
exulceratis, maximam partem vitæ, totam ad te deferam,
et quantum literis, quantum studijs, quantumq; veteribus
delectationibus Musarum consequi possim, illud omne ad
arbitrium tuum, meritum, gratiam, et munificentiam, qui
semper hæc amasti libentissime, conferam, Tibiq; me,
prosperioris fortunæ meæ auctori: à quo, dum voles, non
facile discessurus, licet nuper ad multo maiora honestissi-
mè aliò deuocatus: officijs et studijs, deuinctum et gratum,
non solum confitear, sed et gaudeam. Itaq; vt aliquam bo-
nam gratiam quæsisse videar. Illud quicquid nunc est pre-
stij, et laboris, tibi Princeps Iustissime, nuncupo, et eo libe-
rius, quod non solum temporibus præteritis, ijsq; iucun-
dissimis, per te acceptis, sed etiam, cum me studijs, tua libe-
ralitate aleres, fortunarum et profectus mei, alea et sedes,
nascenti propè meæ laudi, dignitati, et virtuti præfueris
et præsis. Paruulus quidem, et exiguus libellulus est, et
paruulus labor, Sed cum, materiam iustam, et dignam,
homini Christiano, commendet, iubetq; cum D. Paulo,
indefinenter orare, indefessè precationibus vacare, atq; cœ-
los intonare, Non inanis, spero, nec inops, tua Clientela,
futurus. Nam tu Princeps deuote, potissimum mihi ele-
ctus, hisce sacris studijs, cuius nomine appareat, sibi gratus
letur, et identidem toties tibi recurrat. Non quod hoc
sit, quod ego nuper professus, Aut hoc deniq; putes tuis,
quod erga me meritis, et gratiæ debeatur, Verum cum sub-
stitisset nonnihil hæsitans, lima nullius, nudus adhuc, de-
pendens, per Artificem tuum librarium, in publicum pro-
dire

dire nollet, sine patrocínio, tuum præcipuè, et merito, sibi
nomen, et auctoritatem inscripsit. Neq; hoc est, quod rem
tantillam, tantumq; laboris, liberalitati, virtuti, et fortuna
næ tuæ, quæ indies maiori accessione amplificatur, et cre-
scit, maximasq; res in tuis vectigalibus pietatis auget, con-
uenire arbitrer, Sed vt non inanis, aut sine causa susceptus
videatur, Si pñ, in omni reliqua vita considerarent, ad te
Antistitem Christianæ Ecclesiæ, deflexam normam, et o-
rationem precum, expressiorem, et longe excellentiorem,
atq; illustriorē, non muta tua laude, futurā. Neq; illud (cum
sciam: et liceat iterū in Dignitatem tuam irrumpere: à Dñs
immortalibus, tibi dilecto Christi, sancta Episcopi munia,
quibus non alia functio, sanctior inter Christianos, conti-
gisse, qui ex eo munere, neq; dignitatem tibi vindices, sed
moribus integerrimis, et castis (faceſſat vero adulatio)
præſenti temperantia,, mansuetudine, et humanitate, apud
te diutissime commoratis, dignitatem muneri suscepto, et
concilies, et Christi crucem, in æde Crucis, singulis diebus
baiules, atq; deprecereis, domi momentis omnibus, omnia
celeritate consilij, qua vales et polles, referto etiam foro,
coram Regia Maiestate, et Imperij Principatu, atq; ordi-
ne Theologorum, repletis omnibus templis, precationis
bus adhibitis, et præmissis, explices) Quod velim huiusmo-
di censura, et studio, ad frequèter orandū, vel excitare, vel
alacriorē reddere, Præſertim cū is Princeps sis, tua luce cla-
rus, qui nec alienis egēs igniculis, neq; opus habes stimulis.
Quod pietati et Christianæ Religioni, quā alij vix multo,
et diuturno

et diuturno studio, consequuntur, et tibi propterea nonnulli obturpant, natus esse videaris, Sed quod verè pius sis, et religiosus, et is Princeps Catholicus, vnus, temporibus nostris, alias perditissimis, in quo, vel maxime celebrando, ornando, et illustrando labores, industriam, vigilasque suas omnes, literati, et illiterati pariter homines, talia pietatis studia, et æmulandi contentiones: quæ plurimum vigoris addere solent ingenijs, certatim ponere debeant, Propterea quod in tuis egregijs, innumerisque virtutibus, eam habituri facultatem, vbi liberrime, tali pietatis affectu et studio accersito, veluti in patētibus et amœnissimis Musarum campis, possint expatiari. Ergo Princeps vigilantissime, quicquid lucubrationis est, quicquid tumultuarij studij, turbato et correpto morbis, concessi, tibi nominatim, aliquo laudum tuarum præludio, do, et dedico, Quo non ingenium meum exiguum, aut mea eruditio: quæ profecto nulla est, nihilque præstare potest, Sed animus gratitudine circumscriptus, ac voluntas honestissima, studijs cōcilianda, innotescat. Auge, tu Princeps, eam honoribus benevolentiae, gratia tua, et fauore prouehe, nec delitescere, sub modio (quod dicitur) præclarum pietatis lumen, patiare. In tuæ, spem gratiæ, ingenij neruulos, qui aliquo saltem labore, vel puerili etiam num, cupiunt tuam Cellitudinem demereri, suis studijs et voluntatibus commendare se, contendo, Accipe quæso benignè, et quicquid hoc est mei foetus, tui honoris primuli saltem, qua soles humanitate et mansuetudine, coniuncta liberalitate, prosequere, nec hunc primum pietatis gustum, aspernare. Plura posthac et
meliora

meliora fortassis, Iudicio conuocato, Deo propitiante, tu-
is beneficijs, et tuo amore: quo à pueritia inflammatus, et ad
studia incitatus: accipies, & studium meum, sibi hunc Pa-
tronum iterum (quando videlicet, tam facile, omnia aduer-
sa, vt hominem præstare oportet cãdidum, omnium odia,
innocentia tectus, expulero, Quando tuus, non vnquam
cuiusquam minoris, inflexus animus incuria, per te, fortuna
et accessio pusilla restituetur, et dignitas mea amplificabi-
tur, Quando, fracto impetu, pristinam, tam hylarem et
Musicam mentem: cui non, nisi eius imperiti, morosi, et
inquieta Catones inuident, Ignorantes, Quod in Græcia,
promiscuè, omnes discebant, nec, qui nesciebat, satis ex-
cultus doctrina, et humanitate videbatur: consequi et recu-
perari dabitur) depoposcet, statuetq;, cum tu Princeps, in
incerta hominum, et minus, diuturna vita, hinc ex hominũ
cõsortio, et vita, ad Dei Patris, Filiũ, et Sancti Spiritus rel-
igionem, et sanctimoniam, gloriamq; sempiternam demis-
graueris, Illis, pro tua gloria, fama, memoria, fœlicitate, nõ
secus ac pro patrijs fanis, atq; delubris, esse acerrime pro-
pugnandum, Modo hæc, quæ nunc accipis, quæq; per me,
nihil tibi Principi doctissimo, magis precantur, et exoptant,
quam vt prospera, æquabilis, iusta, perpetuaq; fortuna,
qua magis, magisq; clarior eueheris et crescis: secundo
vitæ cursu, sine vlla offensione, aut animi perturbatione,
hic, et, remuneratione cœlestis gloriæ, sit tibi profutura:
Veluti in ergastulo pietatis, et orationis, supprime, et retine,
et donec, quod dixi, propitiante Numine, et sole, atq;
luce mea reddita, maiora fortassis, et gratiora, annua stu-
C diorum

diorū reciprocatīōe, tibi parturimus, et misiculamus, præ
ludium alterius, et futuri laboris, quo amicius, et liberius,
parcè et molliter, et de ijs, quæ tu senties recta non modo,
sed et gloria constituta tibi, populus, et posteritas grata
omnis, de te, et multis intelliget, tecum acturus, læta fronte
arripe, Vt ita, interim, ex multis alijs, mearum ineptiarum
monumentis, hic tibi dicatus libellulus, Clementia tua, alle
ctus potius, quā iudicio deterritus, alterna, gratiæ, fauoris,
et iudicij diuini tui admurmuratione, autoritate clarissima
amplificati, velificatione exornatus, ne in paganismum im
pietatis prorsus degenerent, se plurimas animas lucrifecisse,
sagena precationum cæpisse, atq; tunc vicisse, cum D. Chry
sostomo, cum senserit etiam plurimos isto tenui labore, ad
frequenter orandum, vel excitasse, vel alacriores multo et
solito reddidisse. Ita inauguratum esse, authori cōmodasse,
plurimumq; tandē profecisse, vt loco hinc postremo cedat,
qd admonent Stoici. Tam diu deficere hominē, quā diu nō
proficit, Neq; admodū benigne agi, vt quod curriculū vitæ
natura circumscriptum, nullis honestis impendatur studijs,
Princeps: cui me totum dedo, trado et commendo, Cle
mentissimē.

Tuæ Reue: Cel:

Deditissimus.

Ioannes Leander, vrbis tuæ
Nisæ Astigrammatæus.

ORATIO

ORATIO PRIMA

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

de orãdo Deum, carmine reddita, per Ioannem Leandrũ,

Nissen: Astigrammatæum, Digna omnibus Christianis
hac indignitate et tempestate sæculi, quæ legatur,
& mentibus Christo dedicetur.

Quisquis es, in sacro, qui pectora, semine, mergis,
Et tua diuinus, lumina cultus habet.

Ei age, da famulis, solennia candida, Christi,

Da famulis laudes, et pia iura, Dei.

Par est: hos duplici, qui iam venereris, amesq;

Nomine, nec tacitæ laudis honore, vehas.

Saluificæ, primum, quod spem posuere, salutis,

In precibus, pretio proueniente, sacris.

Hinc quod ad instantes cultus, et Numina laudum,

Numina flexerunt, ritibus, orta, suis.

Atq; ea, quæ læta consuêrunt, mente referri,

Atq; suo offerri, cuncta tremore, Deo,

Non pãsi, possit veniens abolere vetustas,

Aut rapere aduersis vlla procella, notis,

Prodere litterulis sacris voluere relata,

Florerent cunctis hæc voluere, locis.

Quo sibi mirandum, thesaurum lege recepta,

Collectum toto, iudicet, orbe, Deus.

Traderet hæredi, successio grata, sequenti,

Thesaurus sacras sitq; daturus opes.

C ñ

Aemula,

AEmula, quo fieret, sanctorum laudibus, istis
Et fieret normis, Aemula posteritas.
Nam bene conueniet, si praeceptoris amici
Discipulus mores, si ducis arma, petat.
Cum quo perpetuis versatus ritè diebus,
Suxerit illius rore salutis opes.
Sicq; Prophetarum, tali videantur amore,
Discipuli, sanctam prodere Iustitiam.
Sed modus est rebus, Ratio subit, vnde petatur,
Vnde vel impauido pectore cuncta fluant.
Scilicet assiduus, si nostra precatio, votis
Floreat, atq; animis insita tota fiet,
Raptaq; mens fuerit studio pietatis, vt omnes
Diuiños cultus, vita tenere, queat.
Vt sine iactura, vitam, mentemq; beatam
Et sanam, ingentes esse putemus, opes,
Cunctorum summam, credamus et esse bonorum.
Parta quòd in toto corpore vita fiet.
Syncero et puro, peccato corde carente,
Offerre altigeno vota probata Deo.
Nam velut irradians celsò, Sol, climate, cœli.
Corporibus lucem præbet vbiquè, tuis.
Sic animæ lumen, non ficta precatio præbet.
Lumen ad æternos, quod vehit vsq; dies.
Idcirco damnum si non reparabile, cœco est,
Non ardens solis, posse videre, iubar,
Ah grauius quanto fuerit: quam flebile: damnum,
Mortali, à Christo, cuius origo manet,

Si non

Si non assiduo verbis, animoque precetur,
 Profundat lachrymas, nec pia vota, suas &
 Et neque si Christi lucem, precibusque sonisque,
 Infigat menti, sultus amore, suæ &
 Hinc, quis nam est hominum, qui non et sæpe stupecat.
 Non admiretur, nec moueatur erit &
 Dum videt, obseruat, quæ, quantaque gratia Christi,
 Detur ut humanis larga, benigna viris &
 Gratia præfractis veniat mortalibus alma,
 Declaret, scateat Christus amore suis,
 Prosequitur, quo rite suos, et Numine donet,
 Ingerat, heu, miseris, centupla dona, viris &
 Largitur, miseris, tantum: Ter sanctus: honoris,
 Ut dignos, habeat, quos velit esse, suos,
 Cum quo communes, vario sermone loquamur.
 Ponamus super hunc, inclita vota, Deum &
 Nam quoties animo consurgimus, atque precamur,
 Et precibus sanctis, mens nisi nostra, vacat,
 Colloquij in Christo consurgit gratia, nostri,
 Cum Domino loquimur, lege vacante, Deo.
 Iungimur hinc triplici forma, sociante medela,
 Angelicisque tubis, Angelicisque thronis,
 Quæque feris, fuerat, nobis, communis imago,
 Brutorum, procul hinc, cum feritate, fugit.
 Angelon, ecce petit, diuina precatio, Quare,
 Illius exuperant, Numina sancta, preces,
 Si modo quid maius, pro maiestate, superno
 Miscere, alloquium, voce tremente, Deo.

Quod vero exuperat, quod sit sublimius, ipsi,
Nos illud sancta religione, docent,
Nam sua composito, præsentant, vota tremore,
Apponunt sanctis, cœlica vota, locis,
Diuino, exemplum, præbent in lumine, nobis,
Scire, vnde expediat, discere et vnde, queas,
Vt quisquis Dominum, precibus contendit adire,
Irrita ne posito, vota, pudore, sient,
Gaudia, non ficto, pertentet, pectore, multa.
Componat facili, vota tremore, sua.
Sic metus in nostro, iam dicta lege, tremore,
Indignos minimè iudicet esse viros,
Scilicet indignos, cum quo persæpe loquamur.
Omnia qui nutu, condidit alma suo.
Gaudia gestantes, læto vt reputemus honore,
Quæ Maiestatis, vis data magna, siet.
Quod Deus exoptet, cupiat mortalia corda,
Et sitiat, secum posse subinde, loqui,
Atq; sua tali cura, dignatus, vt huius
Colloquio liceat, tempus ad omne frui.
Vnde hoc assequimur, Mortales esse, negamur,
Nec stultas petimus, temporis huius, opes.
Mortales certè natura. Transitus horæ,
Nos immortales, astra sub alta, locat.
Hic immortalis conuictu, et Numine, vitam
Ducturi, fors hæc, transitus iste patet.
Quisquis enim Christi, certum, sortitur amorem,
Pendet et illius, blandus, ab ore, sonus.

Exuperat

Exuperat mortem, fuerint quæ noxiâ, vincit;
Et quorum virus, ruptio læsa, parit.
Et velut, haud fiet, quod quis petat vsq; tenebras,
Cum radios solis, cernere ritè queat.
Sic nulla fieri poterit ratione, quod ille,
Cui consuetudo, pectore, grata, Dei,
Esse prius cesset mortalis, et ambigat vnquam
Non immortalem, morte petente, diem,
Præsertim magni, sublimis, gloria, cœli
Nos immortalî, dum cupit esse, solo.
Sic fit, magnorum qui consuetudine Regum
Ducitur, illustri viuît honore, diu.
Cæsarea gaudet virtute ornatus, et aura,
Et nequit obscurus, pauper et esse nequit.
Sic magis esse nequit, loquitur qui pectore Christo,
Innocuo, Christum, pectore semper, habet,
Sistat, vt alloquîs, anima potiore fruatur,
Et iam mortali perneget esse, statu.
Impietas, Animæ, mors est quia, vitaq; pugnat,
Dum cupit excelsum, lege ferente, locum,
Hinc tu concludes, Animæ, pia lumina: vitam,
Esse Dei, cultum, dignus vt ille, Deo,
Esse Dei cultum, nec eo, cultoque Deoque
Indignam vitam, vita quod ista Dei,
Quippe piam vitam, cultu, pro numine, verum,
Et Christo, digna religionem, tuo.
Conciliat miris, effusa precatio, donis,
Millecuplam sortem, mille per ora, trahit,

Auget, et

Auget, et abscondit, nec mentem obscurat, inique,

Thesaurus magnas, iste recondit opes,

Adde, quod ardenti, quis virginittis amore

Deperit, acceptæ, pendet ab ore, Dæ.

Siue quis, amplecti, connubia læta, paratus,

Coniugio castum participiare decus,

Seu studet, vt bilim frenet, stringatq; furorem,

Temperet iratæ mentis adusta, studet,

Pacificam ducat, quo mansuetudine vitam,

Quo socio, vitam ducat amore suam.

Siue quis inuidiæ dentes exasperet, illa

Conetur liber, purus et esse, lue.

Deniq; quicquid aget, quod rectè viuere suadet,

Quod vitæ formam pensitat esse piam,

Quo ducæ facturus: vel quo comitante Tragædo,

Conatus poterunt pondus habere sui:

Is rectum, et facilem cursum pietatis habebit,

Si prece, si fletu, pectora lassa rigat,

Verus is est miles, verus Dux, Ianitor æui.

Hæc tangit Dominum lætior aura Deum.

Nam neq; fit, nunquam factum, quod qui petat, huius

Incertus fuerit, certus vt esse velit.

Siue pudicitæ, seu mansuetudinis vmbra,

Iustitiæ aut miti dona pudore, petat.

Expressis etenim, Dominus pater, organa, verbis,

Diuini eloqui, vera reliquit, Ait,

En petite, et multo dabitur cum fœnore, vobis,

Quærite, quæ sitis, debet habere locum;

Ianua laxa,

Ianua laxa patet, saltem pulsate, regressus,
Et flexus vestros, qui moderatur, adest,
Quisquis enim petit, accipiet, Quod quærit, habebit,
Pulsator totas, arripietq; fores.
Sic alibi pariter, claro sermone, refulsus,
In leges iterum proruit ille suas.
Ex vobis quis nam? si panem, filius, optet,
Huic lapidem versa, porrigat ille, manu:
Postulet aut falsum, demisso pectore, piscem,
Serpentem dura porrigat ille manu:
At vos, si vestris, nostis, dare munera, natis
Optima, cum sitis, pectore, et ore, mali
Hoc magis adueniet, cœlesti pneumate, sanctus
Spiritus, ac radijs suggeret alma suis.
Quanto magis dabit hunc, Dominus moderator, ab ipso
Qui summis votis, et pietates petunt,
Talibus ille quidem dictis: vt pronus adoret
Quilibet hunc solum: prouocat ecce suos.
Tali spe, Dominus cunctorum, fulcit amorem,
Quorum stant pretio conueniente, preces.
Quilibet idcirco iussis obtemperet horis,
In quibus est vitæ, consona lingua, suæ,
Laudibus absoluat vitam, vitæq; labores,
Afsiduas Christo, fundat ab ore, preces,
Transigat hoc studio vitam maiore, perosam,
Hoc studio vitam præterisse iuuat.
Scilicet, vt maior, cultus sit cura, sacрати,
Quam vitæ miseræ, cura relicta sit,
D Vivere sic,

Viuerē sic, hominē est vitā cum fœnore dignā,
Sic semper placidis, contigit ire, locis
Nam qui non Dominum Christum ter lætus adorat,
Nec cupit alloquio, sistere corda, Dei,
Mortuus est, vitæq; carens, priuatus ocellis,
Obscura, insanæ lumina mentis habet.
Stultitiæ hoc signum est veræ, non noscere velle,
Nec capere argutis, munera tanta, sonis,
Gloria vel qualis tanto persistat honore,
Orandi studium, quo minus ille petat.
Nec sibi persuasum, quod mors animæ siet ipsa,
Ad sua, non Dominum voluere crura Deum.
Nam velut, hoc nostrum corpus mortale putrescit,
Fœtidum et est, anima nempe carente, malum.
Sic anima est: ipsam, si se non fulcit, vt oret:
Mortua, tam grauius ceu mala pestis, olens.
Tristior, at vero, quod quauis morte putandus
Quem poterunt humiles destituisse, preces,
Egregiè et pulchrè, Danielis ab ore Prophetæ
Sacro, sacrati, discere quemq; licet.
Ille Propheta Dei magnus, solioq; stupendus,
Diuinæ Daniel religionis amans,
Arceri triduo, quam si duntaxat, ab ipso
Orando posset, pergeret ante, mori.
Nam postquam inuidiæ stimulis ardentibus acti,
Hunc procures cuperent, perdere morte, virum,
Nec vero hoc voluit Persarum, magna, Darius
Gloria, Rex, coleret, qui impietatis opes,

Hoc observabat triduo, Divosq, hominesq,
Ipsum si quisquam non veneratus erat,
Qui Divos, præceps celsa de rupe, leones,
Et vidit, sævis, membra resecta, feris.
Sed sacer, haud media, plectus temporis, hora,
Sustinuit cœptas, non iterare preces.
Idcirco, nostri, nisi sit Deus arbiter, actus,
In nos propensus, nec Deus ille siet,
Non animas nostras syncerior aura fouebit,
Nec quicquam attingent, pectora nostra, boni.
At summi vero, diuina potentia, cultus,
Et veniens nostri, gratia larga, Dei,
Adiuuat instantes, terso sudore, labores,
Ac fessis cupido tempore præstat opem,
Subleuat hos pulchrè, ne sint tormenta, minæq,
Inq, Deo iustis, nulla pericla, sient,
Si quando videat studium redamare precandi,
Et sacra iam precibus prendere dona sacris,
Sic expectantes videat, bona cuncta precari,
A quo non alio, tam bona cuncta, fluunt,
Quapropter fictus, quoties occurrit amator,
Orandi studium, qui coluisse, negat,
Fervida quem nunquam constringit cura precandi,
Nec vehemens, recto pectore, cura trahit.
Crede mihi, certum vel vero verius extat,
Hunc nihil egregiæ dotis habere virum.
E contrà, verus quoties occurrit amator,
Divinos cultus qui coluisse solet,

Qui precibus cupidis, diuinam concipit, auram,
Diuinam precibus quique recenset opem,
In summis etiam numerat, qui vota, periculis,
Quærit ut afflictus, lumina sancta, Dei,
Hunc ego coniector, firmum virtutis amicum,
Atque Dei templum, lumen et esse, Dei.
Nam si credideris vero, Salomone probante,
Diuino vates, qui dedit, ore, sonum.
Quod talis fueris, qualem vestitus obumbrat,
Arguat incessus, risus et ore pedum,
Quanto magis cultus, nec ficta precatio, Christi,
Iustitiæ signum totius esse potest?
Spiritus, ornatum cum talem præbeat, almus,
Conciliet tantum, missus ab arce, decus,
Mentibus accendat, cœlesti luce, decorem,
Pulchra verecundo lumina corde, petat,
Cunctorum vitam liquidus componat, et ornet,
Aufferat à nostro sordida quæque sinu,
Persuadet terræ reuereri, mente, parentem,
Solennes ritus, ferre, referre, Deo,
Astus, atque docet Cacodæmonis esse fugandos,
Mentibus imponat ne malus ille, bonis,
Absurda euitet, mentem, cogitatio, nostram,
Sed purus, puro pectore, sermo fluat,
Atque voluptatum, contemnat iure, baratrum,
Fulciat, in fulcris corripiatque suis.
Ista decent: quoniam non falsa superbia: cunctos,
Qui Christum solum, quem venerantur, habent,

Scilicet

Scilicet haud vnquam committere turpia factis,
Vendere nec dictis, turpia lata, suis.
Sed potius mentes, in libertate, pudicas,
Et puro, morum, flore tenere, decus.
Arbitror idcirco, quod sit, quod possit adesse,
Nunquam sit verus tactus vt inde, scopus,
Quod sine præsidio, quis cum virtute, precandi
Degat, vt in vita viuere ritè queat,
Hoc sine præsidio, cursum persoluat honoris,
Et peragat vitæ, tempora iusta, suæ.
Nullo etenim pacto, quod quis virtute triumphet,
Contigit, hac vires, hac sua corda, leuet,
Si non intendat, veræ virtutis amorem,
Credat amatorem luminis esse sui,
Continuis adeat plectris, Christumq; precetur,
Procidat inflexo rectus ad astra, genu.
Nec fieri poterit, quod quis sic temperet actus,
Vt iustum iusto nomen ab ore petat,
Si non forte lubens, in consuetudine Christi
Versetur, Christi perstet et alloquio,
Exigit à nobis hæc qui, nec versa requirit,
Exigit à nobis, et cupit ista, viris.
Addo quod et certis, liquidum decernere signis,
Quodq; canunt sanctis, Biblia sancta, libris.
Peccatis, si nos, oratio sancta, refertos
Comperit, Excelsa, purgat et auget, ope,
Nosq; pio citius purgatos reddit amore,
Quàm cito purgatus tendere ad astra, queat.

Itaq; quid maius, vel quid diuinius vnquam
Esse potest sancta, tempus ad omne, prece?
Pharmaca cum misero hoc, animis languentibus æuò
Præbeat, ac sanctus, balsama sana, liquor?
Exemplo est nobis, Niniuitæ gloria gentis,
Quæ prius obscuro, gloria iusta, sono,
Postquam diuinam, gens hæc concœperat iram
Immersum, vitij corpore, pectus habens,
Pro scelere, et vitij, accepta remissio pœnæ,
Continuis precibus, nempe secuta, fuit,
Diuinam extinxit, oratio gutturis iram,
Post se præsidium celleritate, trahens.
Nam simul, vt cœpta est, orandi gratia, gente,
Illius, et studijs plebs operosa fuit,
Reddidit oppressos variato crimine, iustos,
Expulit æterno cordis amore luem,
Quamq; procax vitij, lasciuiâ rexerat urbem,
Turpia vesano crimina mente forent,
Viueret ex legem, corrupto semine, vitam,
Ferret et impatiens impietatis onus.
Lumine correxit: licet illa potentior esset
Asuetis vitij, vrbs odiosa: sacro,
Legibus impleuit mentem cœlestibus, ipsum
Peccati absterlit, vox generosa, lutum,
Traxit temperiem vitæ, traxitq; fauorem
Humanum, post se traxit amore, fidem,
Viueret vt iustis in mansuetudine formis,
Surgeret vt miserum, cura beata, virum.

His, quoniam,

His, quoniam, electis virtutibus, æger oberrat,
Nec sinit, hunc curis velificare suis.
Sed quorum elegit, sibi pectora, velle manere,
Ceu firma stabiles arce tenere domus,
Reddit eos, omni, ¹plenos conamine, reddit
Iustitia plenos, iustitiæq; bonos.
Erudit, exercet sana virtute tropæos,
Omnis propellit, turpia facta, mali.
Atq; vtinam, quis, tunc, Niniuitam ingressus in urbem,
Si bene præterito tempore nosset eam,
Agnouisset eam minimè, Quia protinus ibat,
Turpia despiciens, in pietate noua,
Tam cito de turpi subducens pectora vita,
Ad vitam, fertur desiliisse, piam.
Nam veluti norit, fuerit quæ fœmina pauper,
Sordida, sordidula veste, recincta prius,
Vestibus aureolis, posthæc induta coruscet,
Aurea pro vili vellere, gemma micet,
Illico, mutatam, vix quisquam agnoscere, posset,
Vt dicat, pauper, fœmina culta, fuit.
Sic quoq; qui dictam, mendicam, flebilem et urbem,
Nouisset, quæ nunc, quæ fueritq; prius,
Scilicet hoc vacuum thesauris lumine cunctis,
Spiritus ecce suo, sanctus habere, solet.
Hic, ignorasset, dubijs conatibus, vrbs hæc
Quæ foret, incerto depopulata loco,
In qua mutanda, sanctis oratio plectris
In tantum valida, sustinuisset ope,

Vt decus,

Vt decus, vt vitam, moresq; induceret vrbi,
Virtutem insolita, redderet arte, suam.
Iam vero et mulier quædam, quæ turpiter omni
Tempore lasciui, vixerat ingenio.
Quæ vitæ vitij spurcauerat, ausa, decorem,
Pestifera educens, tempora grata, lue,
Illa pedes, vt se Christi proiecit ad almos,
Apposita, Christum, nacta salute fuit.
Non solum idcirco, repetita precatio, culpæ
Dat veniam, et vitium conterit ambiguum,
Depellit pariter, diuersa pericula rerum,
Discutit innumeris, damna tremenda malis.
Sic, vt ad officium Samuel, Dauidam perunxit,
Qui gereret magni, nobile Regis onus,
Rex simul, et mirus, Dauid sacer ille propheta,
Qui prius, imbelli pectore, pastor erat,
Innumeros, sæuos, et fortes contudit hostes,
Subsidio solo, consilioq; precum,
Non alijs vnquam, progressus fortior, armis,
Militibus, victor, regna petita, dedit,
Muniit hac, turbam quam duxit sedulus arte,
Addidit accensis, ista trophæa viris.
Quin secus, innumeri faciunt, Regesq; Ducesq;
Ardua, quos etiam bella mouere solent,
Artibus apponunt, quæ certa peritia, belli,
Confirmant gladijs, pectora firma, suis,
Arte sua gaudent belli, certantq; gerendo,
Dantq; cataphractis nobile pectus equis,

Nituntur

Nituntur certis, incerta fede, sagittis,
Artibus his quærent, quæ perijſſe ſolent.
Et licet euentus belli, dubiusq; feroxq;
Victrices poſſunt, nec ſibi ferre, manus,
Nil minus, hæc illis ſurgit fiducia bello,
Qua iactant hoſtes, vincere poſſe, truces.
Aſt aliter, magnus Dauides: gloria regni:
Ille preces ſanctas, armaq; ſancta tulit.
Is precibus ſanctis, ſua mœnia cinxit, et hoſtes
Fregit, et impullis, contudit arma, globis,
Facta nec aſpexit, duri præclara, Tribuni,
Nec fortem magni centurionis, opem.
Et neq; reſpexit, quæ tanta ferocia, præſtet,
Vnde vel attritis comparet arma locis,
Colligat æs ingens, exercitus vnde petatur,
Et decima veniant qui legione viri.
Ille ſed orando, de cœlo ſuſtulit arma,
Ille ſuos, cœli traxit ab ore, globos.
Hac armatura fulcit, ſic milite vicit,
Victrices iſta detulit arte manus.
Namq; armatura eſt, De mane precatio, cœli,
Sæpius vt Dominum funditur ante Deum,
Solaq; quæ firma eſt custodia pluribus horis,
Quorum ſub Domino, ſpes iacet alta, ſuo.
Nam Cataphractorum robur, certasq; ſagittas,
Callida prodendo, facta, quod hoſte, petunt,
Sæpius eludit, fruſtratur sæpius ipſa
Vei belli facies, hoſtis et vmbra feri.

E

Aſt arma

Alſt armatura eſt, diuina precatio, nunquam
Quæ vinci, lædi aut vllius arte poteſt,
Eſt munimentum, ceu murus ahæneus, ingens,
Sat tutum et firmo robore, robur agens,
Quodq; modo parili, vel ſolum, sæpe repellat,
Proſſigat innumerûm, millia multa, virûm.
Quandoquidem abiecto paſtor deſpectus ouili,
Dauides (de quo ſermo) Propheta, fuit,
Contudit immanem, ſaxo volitante, Goliam,
Cum tamen hic Dæmon ceu, metuendus erat,
Terribilemq; virum, funda deiecit inani,
Deiecit funda, nec tamen ille virum,
Regia nec gladius diademata ſumere iuſſit,
Armis, nec gladio, victus vt ille fuit.
Deiecit precibus, Dauides nempe Goliam,
Territus his armis, procubuitq; ſolo.
Vſq; adeò cunctis, dant fortia regibus arma,
Vſq; adeò fuſæ, prælia tuta, preces,
Vſq; adeò, aduerſos non curant prælia, et hoſtes,
Aduerſum, verſis hoſtibus ire ſolent.
Quin itidem nobis, aduerſus Dæmonis aſtus,
Fulgida ſubmerſis arma reducit aquis.
Talis Ezechîas, Perſarum in regna proſectus,
Euicit fortem, cum legione ducem.
Cum non armaret, quo milite cingeret vrbes,
Vt funeſta dies hoſtibus ipſa foret,
Vtq; preces tantum truculento opponeret hoſti,
Mox potuit pauidi vertere terga viri,

Sic tu

Sic tulit, audaci, victricia, mente, manuq;
 Arma, sua vicit millia tota manu.
 Consimili casu, post mortem effugit acerbam,
 Ut posuit Domino, sacra paterna suo,
 In faciem cum se prosterneret, aure receptus,
 Sic vitam, vita, signa paterna, tulit,
 Nam legem Domini, magna defendere cura,
 Stringier hac voluit relligione viros.
 Hoc subito incursu, multi periere sequentum,
 Et Domino grates instituere suo.
 Iam quod peccatis, animam, vel labe refertam,
 Suseptæ, purgant: ceu noua luna: preces.
 Publicus, exemplo est, veniam qui criminis vrsit,
 Qui veniam, à miti detulit inde Deo.
 Exemplo, immundus, multa qui labe refertus
 Corpore, qui toto corde leprosus erat,
 Procidit vt Christo, prima mundatus in hora,
 Leporam mundicies occulit ipsa suam.
 Quod si corruptum morbo: Deus arbiter æui:
 Sanauit celeri flebile corpus ope,
 Nonne citus morbis animam, cum sæpe tenetur,
 Sanabit sancta, Christus Iesus, ope?
 Corpore, nam quanto est, anima hæc, preciosior, almo,
 Maiori curæ est, ipsa futura, Deo.
 Exemplis possent et pluribus ista probari,
 Quæ nouies veterum continuata libris,
 Si bene quis numeret cunctos, siq; ordine ducat,
 Hac ope seruatos, dexteritate, precum,

Sed segnis forsan, pleno qui ventre vagatur,
Omni luxuriat, bellua facta, die,
Segnitiam curat, depasto corpore, spernit.
Sæpius ingenuas fundere corde, preces,
Sit persuasurus, Quod non oratio sola
Sufficit, in Christi verba subinde ruens.
Non omnis, Dominum qui me, patremq; vocabit,
Astabit solio, post sua fata, meo,
Rite voluntatem sed qui patris efficit, astra
Lustrabitq; patrem, qui regit astra, meum.
Hoc si crediderim, quod sola precatio donet,
Diuinam nostræ nempe salutis opem,
Obijciat merito, merito incusare sequentem
Possit, et obiectis fortior esse meis.
Sed cum producam, quod casta precatio radix,
Sitq; basis multi conciliata boni,
Frugiferæ quod sit vitæ, caput: arbiter absit,
Segnitiam hæc purget, qui ratione suam.
Non satis, vt quisquam totos bene temperet actus,
Temperiem vitæ, seruet vbiq; bonæ,
Non satis est inquam, non est compago salutis,
Si bona deterius, cætera cuncta, fluant.
Sic neq; cura satis, miserûm, manus atq; benigna,
Aut quæ virtutem dona sequuntur, erunt.
In nostras animas, sed quo simul omnia currant,
Hoc opus, hîc labor est, hîc ratione datur.
Quin, basis et radix, repetita precatio, certa
Omnibus his alijs, arte struenda tibi est.
Nec secus,

Nec secus, ac nauem nuper noua forma reduxit,
Siue nouam ostendit, fabrica docta, domum,
Quæ substrata prius, validam, cum robore reddunt,
Ac ne soluatur continuisse queunt.

Continet hoc pacto, studium durata, precandi,
Sic nostram vitam, corpora nostra tenet.

Vndiq; circumdat, firmam sub simine reddit,
Ac ne soluatur, vincla recincta, ligat.

Tam strictè, vt credas, nihil hîc contingere nobis,
Hac sine posse boni, posse venire boni,

Præsertim ad nostram, quantum res ipsa salutem
Conducat, vitam tempora vt ista beent.

His quoq; de causis, diuino Numine, Paulus
Præcipit, hortatur, suadet, agitq; iubet,

Vt non defesso studio, fessoue labore,
Altemus vigiles, in statione, viri.

Ritibus instemus sacris, sine fine precemur,
Soluemus grates, in statione Deo.

Sic iubet oremus, ne qua intermissio rumpat,
Quo minus ad grates, quis minor esse queat.

Hæc, inquit, Domini nostri, diuina voluntas,
Hoc sibi de studio complacuisse solet.

Atq; alibi rursus, sacrata voce triumphat.
Oretis quouis tempore, tempus adest,

Spiritus, vt vigilet super hoc, instantia constet,
Seruantes legem religionis Dei.

Istud Apostolicæ sedis, princepsq; decusq;
Mentibus inculcat, luminis ore, bonis.

Scilicet assidue diuinis vocibus instans,

Vsq; quod oremus, terq; quaterq; vocat.

Sic decet, edoctos igitur, Pauloq; vocante,

Formari, atq; ipso, sic præeunte, sequi,

Ducere sic cursum vitæ, mentemq; rigare,

Sic precibus plenum, pectus habere, sacris.

His, nos æquè omnes homines: mortalia, flentes:

Non minus ad certum tempus, habemus opus.

Quemq; arbor pregnans, humorem quærit aquarum,

Hoc reficit ramos, præssaq; tollit humo,

Cum valeant illæ, nullos producere fructus,

Munera nec fœtus vberiora suos,

Ni prius humorem biberint, radicibus altis,

Ni succos quærant, semina grata, suos.

Sic necq; nos grauidi, preciosis fructibus, esse

Dicemur, patrio aut semina ferre solo.

Ni precibus sanctis: quæ nostro ex ore: rigemur.

Descendunt, nostrum neu quoq; pectus alant.

Conuenit idcirco, stratis, mensisq; relictis,

Solis subradians anticipare iubar,

Diuina, cultus, pulchram Tithona, salute,

Diuini, et sanctis ante venire, sonis.

Vt quoties epulis, iustis accumbimus horis,

Aut requiem tutam, corpora fessa, petunt,

Magna, preces vt sit Domino præmittere nostras

Gloria, stelliferum iam petitura polum.

Quin decet, et iustum est, cunctis formarier horis,

Et preculam saltem, promere corde, decet,

Cursum vt

Curſus vt orandi, curſum, ceu lege, diei
Aequet, et ex ipſo limite ſtare queat.
Præcipuo hyberno, cum frigora, tempore, lædunt,
Non frangi, in tanta nos ſtatione decet,
Præcipuam precibus ſanctis impendere partem
Noctis, ſed vigili conditione, decet,
Et genibus flexis, percepto inſtare tremore,
Audiat vt ſuſas Chriſtus in arce, preces.
Credentes. ideo verè nos eſſe beatos
Maiores omni, nos ſimul eſſe, bono.
Quod ſi diuinis, ſyncera fronte, vacamus
Cultibus, hac Dominum quærimus aure, Deum.
Nam qua fronte: mihi dicas: tu lumina ſolis
Aſpicias, illius nobile, in arce, iubar?
Ni prius, hoc, oculis, lumen, qui donat, adoras.
Hoc oculis lumen, dulce, perhenne, tuis?
Quo pacto fruëris menſa, ni lætus adoras,
Suppeditat menſæ, qui bona cuncta, tuæ?
Qui tibi largitur, tantum, ſub nocte, bonorum,
Ne tibi, quo deſint, tempore, curat opes?
Et quia nocturno mox, tempore, feſſa cubile
Corpora, depoſito, dulce labore petunt.
Qualia ſubuenient, falſis inſomnia ſpectris,
Cordaꝫ quæ fallent, ſomnia vana tua?
Ni bene munitus, bene cuſtoditus, adibis
Orando, ſomnos in tua fata, tuos?
Scilicet, heu facilem captu præbebis, vt aſtus
Pectora lanifici Dæmonis ipſa, voret.

Qui te

Qui te contemnit, sceleratum iudicat, et te
Spiritus captum tradit, agitq; malis.
Hi, quia discurrunt, disquirunt cuncta, frementes,
Observant, animi, quæ tenuisse velint.
Ut si quem nudum deprendant esse labore,
Cui, neq; præsidio sint, velut arma, preces,
Protinus abripiant, rugientis vt ore leonis
Nuda sient nudis, membra voranda, locis.
At si conspiciunt, precibus nos esse frequentes,
Et bene munitos, nec sibi præda fiet,
Illico resiliunt, fusi languore tremiscunt,
Et dolor asuetis, gestit inesse, locis,
Non secus ac prædo, vibrari militis arma
In caput aspiciat, spiritus ecce, timet.
At si deprendunt nudum, precibusq; carentem,
Orandi normam, qui neq; lætus, agit.
Hic à Spiritibus iam deportatus, oberrat,
Sentit; habet fractum, plurima damna, caput.
Idcirco est æquum, metuamus vt omnia, tantæ,
Non vno, quouis, pestis amara, die.
Circumuallemus precibus nos, pectus et hymnis
Ornemus, sanctis iugiter ora sonis.
Ut Deus omnipotens, nostri, persæpe misertus,
Immemor exacti criminis esse velit.
Efficiat dignos cælorum, numine, regno,
Quod sibi coniunctum Christus Iesus habet,
Illius vt nostro, descendat gloria, corde,
Imperium cuius sæcula cuncta timent.
Finis libri primi.

D. I O A N N I S
CHRYSTOSTOMI, DE PRECA-
TIONE, LIBER SECVNDVS,

carmine à Ioanne Leandro, Chris-
tianis, datus.

Quod caput omnigenum, sit sancta precatio, quodq;
Sit caput, extremi, prolificata, boni,
Conciliet nobis, æternæ, pignora, vitæ,
Condonet magnum, sancta, salutis, opus,
Nullius, in toto est, hoc orbe negare, Quod illud
Ignoret nemo, Nemo negare potest.
Attamen est magni precij, super omnia, magnus
Differere exerto, et viribus, ore, labor,
Quo, qui, consueti precibus iam degere vitam,
Iam vigili cura, cultibus ire sacris,
Hos magis attentos, oratio nostra, reformet,
Hos magis attentos reddat, agatq;, viros.
Rursum progressi, turbarunt temporis horas,
Toto vixerunt peius, in orbe, feris,
Qui neglexerunt animum, mentemq; verendam,
Quam poterant omnes destituisse, preces,
Vt citò cognoscant iacturam temporis acti,
Præteritos liceat num reuocare dies.
Ne post insistant reliquum perdere tempus,
Et cursum vitæ, labe notare, suum.
Ne pergant semet, propria priuare salute,
Omnia vt exacto, tempore, dona, ruant.

Protinus Idcirco, primum quòd commoda pòr tat,
Occurrit, precibus de quibus ora, sonant,
Scilicet, vt quisquis : sufflat quem Spiritus : orat,
Colloquitur Christo, cum pietate, Deo,
Nunc, quam sit dignum, quanti sit pondus honoris,
Sermones Domino, ferre, referre, Deo.
Sermones hominem, Domino miscere supremo,
Nemo tacet, nemo qui neget, esse potest.
Nemo tamen tantum, tam dignæ laudis, honorem,
Si centum linguas, totq; habet ora, feret.
Consequitur nemo quoniam, sermone disertò,
Tincta Sophocleo, vel regat ora, sono.
Angelicæ, quoniam superant, ea lumina, turbæ,
Et maiestatem, et Numina digna thronis.
Singula sed nescit, quæ sunt descripta Prophetis,
Quodq; capit sacris, singula verba, libris.
Ergo omnis, multo, ponit sua vota, tremore,
Coniuncta, appositis, organa blanda iocis,
Et præstat Domino cultus, clamore corusco,
Audito vt, cantet cœlica turba, sono.
Ob multum, faciem, quem dat reuerentia honorem,
Accessaq; pedes, in statione, tegit,
Cumq; valet subito, non fixa, astare volatu,
Nec requiem, tecta syndone, habere suam.
Declarat magnum, submisso corde, tremorem,
Ostentat Christum, turba superna, patrem.
Intereà, nosmet formantes, nosq; docentes,
Quales, quam puras, laus sit, habere, preces,

Naturam

Naturam humanam, cogitatio nostra reformet,
Ejiciat, quicquid, cultus hic orbis, habet.
Gaudia, iam mentis capiat, præclara, timore
Capta suo, iam iam fœnora multa ferat.
Curemus nunquam, vigiles, præsentia rerum,
Pectore dicentes, Angelus omnis, adest.
Horum, nos medio, stamus, similesq; supernis,
Ponimus ad nostrum, vota pudica, Deum.
In reliquis, multum discriminis esse memento,
Illorum, et nostra conditione, quidem.
Seu tibi naturæ lumen, sapientia siue,
Siue intellectus, cognitus esse velit.
Siue genus vitæ, scruteris et abdita, siue
Consimile, æc quicquam forte referre, queat.
Ast opus, Angelicis turbis, hominiq; pusillo,
Commune est, Largas fundere sæpe preces.
Inter et illorum, naturam, sic neq; nostram,
Discrimen nullum, sectio nulla manet.
Sæparat à mutis animantibus vt pius ardor
Orandi, Angelicis sic sociatq; choris.
Quin facilè et fiet: facilis via: vergat in urbem
Illorum quisquam, qui prece tutus, abit,
Illorum vitam, consortia, proroget horum,
Illorum, diues, sultus honore, micet.
Nobilitas horum, sapientia clarior horum,
Horum intellectu, non aliena ferat,
Qui pote, per totam, precibus sua pectora, vitam
Firmarit, sacris ora rigarit aquis,

Et nisi, diuinis potuit: per vota: vacare
 Rebus, et ad certas flectere corda, preces.
 Dic mihi, Num possit, quid sanctius, et mage verum,
 Iustius aut dici, dignius esse viris?
 Quam pia cunctari commercia, viuere Christo,
 Adserere ad sanctum, pectora fracta, latus?
 Nam quicumq; viro sapienti, et rebus agenti
 Colloquitur, Doctis seu vacat vsq; viris,
 Verius assidua, sic consuetudine ductus,
 Tempore, mutatur conditione, breui,
 Illius, vt referat, prudentis dogmata vitæ,
 Sic sapiat, sapiens, simplicitate sua.
 Conuenit, idcirco, quid dicere, sanctius illis.
 Qui Domino miscent, ora pudica, suo?
 Qui sibi colloquium statuunt, pro nomine Christi,
 Qui lætis animis, candida vota ferunt?
 Hos, verè vt sapiant, exerta precatio, replet,
 Prudentes, scateant vt bonitate, facit,
 Sobria corda petit, format virtute dolentes,
 Aequales morum dexteritate, probat.
 Has, ideo, si quis, quod sint virtute profectæ,
 Iustitiæ causas, dixerit esse preces,
 Haud vnquam à vero, iustè suffultus, aberrat,
 Attingit causam, Iustitiæq; typum.
 Nam nisi sit præsens animo, obsecratio, Nec sit
 Fulta fides, menti, præsto futura tuæ,
 Non ea, quæ tentant, veræ pietatis, amorem,
 Subueniunt animo, cum pietate, tuo.

Vrbs velut extructis, si non sit condita, vallīs
Mænibus, et fossis, nec bene cincta sit,
Quam facile est hosti frangenda, Quod illa potestas,
Non custodita, detur ab vrbe, sibi.
Absit quod prorsus, quodq; hostes arceat, quodq;
Incurtus teneat, vincla petita, fugat.
Sic animam precibus sanctis, non ritè scatentem,
Nec bene munitam, Dæmona vtrunq; petunt.
Inq; suam redigit, sublato carcere, nassam,
Exultat victor iam feritate sua,
Omnibus hic scelerum formis, nigredine replet,
Nec grauis hūic, habita conditione, labor.
Ast Animam precibus munitam, et Numine fultam,
Si videt, et cursum, lege, tenere suum,
Non audet propius, feruens, accedere Dæmon,
Ponere nec menti, retia stricta, piæ,
Nam metuit robur, formidat fortia corda,
Quæ faciunt nostras diriguisse preces.
Plus animum vegetat, sincera precatio nostrum,
Quam vegetat sumptus corpora nostra, cibis.
Adde quod ex animo, si quis purèq; precatur,
Hic animo indignum nil videt esse suo.
Colloquitur Christo, cum quo prius ille locutus,
Adducit Domino, quæ reuerenda, suo.
Sic citò dispellit varios Cacodæmonis astus,
Spiritus vt propria molitione, cadat.
Hoc reputans secum, scelus esse, et flebile factum
Deficere, artificem nec superare malum,

Cum tamen, ante suam misceret, lumine, linguam,
Cum Domino in cœlis, dulce locutus erat,
Vnde pudicitiam: qua sancti dona petebat:
Vnde genus cuncti duxerat esse boni,
Deficere extemplo, menti submittere fœdas
Inde voluptates, et mala multa, sequi,
Tartareoq; Duci, gressus præbere sub illud
Pectus, quo Dominus, clarior ante fuit:
Inq; animam, ductu facili, concedere, raptus,
Qua prius hospitio, Spiritus almus erat:
Gratiaq; illius florens, exercuit actus
Sollicitata suis, atq; benigna, bonis:
Id tamen observa, vires excedat vt omnes,
Colloquium Domino, ferre subinde tuo,
Adsit ni Sanctus, qui, Spiritus, omnia replet,
Actibus humanis peruigil ille Deus.
Illius auxilijs, Ipso præsentè licebit,
Tandem submissum, flectere sæpe, genu.
Illius accessu, sanctis conatibus, Ergo,
Orato, et dulces, funde, refunde, preces.
Humanis quia sit, maius, cum viribus, aptum
Sermonem Christo, promere corde, tuo,
Est opus, adueniat, non tarda Spiritus aura,
Illius vt nostrum gratia pectus agat,
Pectore firmato, fiducia certa petatur,
Vt tantum tanti crescat honoris, opus.
Vt Maiestatem doceat, Christi; triumphos,
Vt doctor misero, præuius orbe, siet,

Idcirco

Idcirco postquam, supero cognorís, amore,
Quod loqueris Christo, verba pudica, tuo,
Spiritus et quod sit præsens, operetur amorem,
In te, vim, sancto fundat amore, suam,
Iam, iam, oraturus, lædes Cacadæmonis vlcus,
Illius expelles, voce precante, dolos,
Inq; animam, vires nullas, admiseris ipsam,
Quæ fuerit flatu, sanctificata, sacro.
Nam velut, excelsas Regum, qui circuit aulas,
Cœperit, et Regi, verba probare suo,
Vnde citos, placidis sermonibus, auxit honores,
Propter quod Regi, blandula verba, dedit,
Is dedignatur, miserorum tecta subire,
Nec misero, vt Regi, verba parare, sitit,
Sic qui cum Domino cœli, sermone locutus,
Protulit inflexo, vota petita, pede,
Vt malus, illius confirmet Spiritus, actus,
Admittet nunquam, nec metuisse potest.
Consortem spernet, nec iam dignabitur illi
Velle loqui, credat si modo posse loqui.
Ecce, voluptatum sequitur qui pondera, donum
Inq; voluptates, conijcit omne, suas,
Dæmonibus seruit, communis amicus et horum,
Plurima stultitiam, praua secutus, obit.
Sic è diuerso, quisquis sibi temperat, atq;
Munere Iustitiæ, fungitur egregio,
Angelicis turbis, commertia sancit, habetq;
Virtutem illorum, cœlica dona petit.

Hinc,

Hinc, quicumq; fiet, quem viua precatio tangit,
 Commouet et vacuo, pectus inermis, sinu,
 Dixerit, hanc, animæ neruos fore, dixerit æquum,
 Iudicio et certum, dixerit esse meo,
 Nam veluti neruis totum bene corpus, in ipsis,
 Compactum, viuit, stat, sedet, auget, agit,
 Vsq; adeo, si tu neruos incideris omnes,
 Dissolues facili nobile corpus ope,
 Et sibi sic constant, sic compinguntur, et omnes,
 Per sanctas, animæ rore rigante preces,
 Sic facile emergunt, cursum pietatis habentes,
 Sic peragunt certas, in pietate vices.
 Si te destituet, sublata precatio, fiet,
 Ceu liquidæ extrahitur gurgite piscis aquæ.
 Nam veluti pisci, vita est aqua, sicq; precari
 Vita tibi, cœli velificata thronis.
 Hinc datur ex cymba veluti: super astra volare,
 Limina cœlorum scandere sancta datur,
 Hinc datur: accessus, Sub sacri culmina tecti,
 Vt Christo Domino, proximus esse queas.
 Sufficiant etenim, quæ nunc sunt dicta disertè,
 Vt noris normam, pectore et ore precum,
 Vt iam vim noris, quam tanta precatio, donat,
 Decantaturus religionis preces.
 Præstiterit primò, fortassis et vtile donum,
 Vt sub scripturas, pectore lætus, eam.
 Vt bene diuinos scruter, cultusq; , librosq; ,
 Ex Christi verbis, actio nostra fluat.

Ipsius ex

Ipsius ex verbis discamus pondera rerum,
Pondera materiem prolificata sacram,
Vt discamus opes, quas ipsa precatio promit,
His vt versari, tempora nostra queant.
Comparat his, quoniam diuina præcatio, vitæ
Qui verum ducunt, hac sibi laude, modum.
Dixit, vt hunc tangat, deducta parabola, sensum,
Fundere perpetuas vt moneatq; preces.
Vrbe fuit quadam, Iudex sceleratus, iniquus,
Non homines veritus, nec metuitq; Deum.
Qua fuit et vidua obtristans, quæ Iudicis iram
Formidans, vt iam, cerneret vlcus, ait,
O Iudex, mihi cum grauis aduersarius, obsit,
Tu mihi sis vindex, vindice, quæso, manu.
Noluit hic primo, tandem collegerat actus,
Atq; intra sese, talia verba dedit.
Ipsæ licet nec curo Deum, nec curo supernos,
Non homines vereor, sat mihi viuio dies.
Sed quia, tam tristis vidua, est persæpe molesta,
Quod petijt, factum sentiet esse sibi,
Neue omnes, veniens, sic me suggillet in horas,
Iam tollam vindex, vindice damna manu.
Et Dominus, dixit, Iudex (audite precantes)
Iniustus quonam, dicat, agatq; modo.
An vero Dominus, vindictam contrahet ipsam,
Nec super extremè, feruor ira, malos?
En, Electorum faciet, feruore, suorum
Vindictam, quoniam nocte, dieq; vocant,

Sæpius hîc patiens Dominûs, miserebitur illis,
Hîc cito vindictam iusserit ire suam.
Inclamant, dempto nec pectora, sine, fatigant,
Vindictam faciet, vindicis orbe, cito.
Hîc, nos discamus, fratres, sapientia qualis,
Quam condit nostro, spiritus ille sinu.
Lumine scrutemur, non quanta sit ista, sed illud,
Iam quantum nobis, forsan habere, licet.
Numina pro nostra scrutemur tanta virili,
Detur vt ex aliqua numina parte, sequi.
Ergo, qui vitam, sublata per æquora ducunt,
Attendant falsi, cuncta profunda maris,
Atq; his, qui terra, preciosos inde lapillos,
Hisq; graues gemmas, sæpe referre solent.
Nos mare diuinum, scripturis dulcè refertum
Scrutantes, sacri sacra profunda maris,
Hac decurramus, sub tantum, luce, profundum,
Quo bene remigio, spiritus almus, agit.
Curramus citius, quantum sit viribus æquum,
Et sacris quantum, currere detur aquis.
Egregium vobis thesaurum laude petamus
Vt magnas magna laude feramus opes,
Ornantemq; animas thesaurum, dulcius, ac si
Exornat Reges, vel diadema Duces,
E gemmis ornant, quam textæ, rara, coronæ,
Lumina Cæsareum, pro grauitate, caput,
Splendida magnorum Regum, quia gemma, decusq;
Marcescens vita, disperisse solet.

Alit ania

Alit animas, sacra qui lætus, luce, coronat,
Doctrina exornat, debile sæpe, caput.
Exigit hic vitæ, secunda per oia, tempus,
Tranquillum mentis ducit, habetq; statum,
Illius, hic, vitæ post finem, lumine cassus,
Accedit fidens, limina tuta, Dei,
Accedit Christi, suffultus luce, tribunal,
Et cælos, vitio purus, adire potest.
Inde quis è fundo thesaurus, Biblicos amne
Prouenit? et sacram ducimus ante manum?
Scilicet ignari, quem det sapientia fundum,
Vel sapiens solus, sola profunda petat?
Sed descendentes hic eò, quo Christus adusq;
Concedit, quò nos et pater ille vocat.
Inuitans homines, orent qui iugiter, ipsa
Qui tantum capiant vtilitate bonum.
Ergo studens animis hæc commendare pusillis,
Improba producit, iudicis ora mali.
Ex oculis omnem, qui spreta lege, pudorem
Propulerat, Dominum, nec metuitq; Deum.
Illius ex anima, totum, per sæcla pudorem
Propulerat, vita qui vitiosus erat.
At qui maius erat, iusti, clementis et almi
Iudicis, exemplum, proposuisse Deum?
Iustitia illius, quo iam collata superni
Fulgeat, haud alia, cum bonitate, Dei?
Sic demonstraret, quæ dona precatio, ferret,
Hæc quantum valeat, signaq; quanta, gerat?
G 5 Siq; homo

Sig; homo mansuetus, mitis, placidusq;, benignus,
Verba viri. placida supplicis aure, capit,
Ecce magis, Deus ipse tuus, facturus et illud,
Mortales magna, nam bonitate, trahit,
Cuius tanta, erga cunctos clementia, fulget
Mortales, Nemo vt, quanta sit illa ferat,
Quæq; intellectus, non solum lumine, nostros
Excedit, sacro lumine, maius habet,
Verum etiam maior, quam sanctus vt Angelus, ipsam,
Complecti, tota mente, vel ore, queat.
Iamq; satis fuerat: quod dictum: Iudicis æqui,
Personam nobis proposuisse viris?
Impia, proponit, non mitia corda, maligni
Iudicis, humanum qui neq; pectus habet,
Omnibus in rebus qui non placatur, At æquum
Sese, sub fusas, exhibet ille preces.
Scilicet vt noris, quod firma precatio, flectat
Ingenium, quamuis sit, fueritq; malum,
Pertrahat ad mites animos, clementis et auras,
Verbaq; clementi conciliata, ferat,
Ergo, quid hoc, nobis monstrat? quam dixeris esse
Causam, cur Christus, fecerit ista, Deus?
Ignoret ne quis, vim, vera precatio, quantam,
Quodq; habeat pondus, sic repetita, sciat.
Propterea immiti, postquam, cunctisq; proteruo,
Adhibuit viduam, plenus amore, viro,
Improbis vt fuerit, naturam præter, ab illo
Humanum statuit, tempore fortè, virum.

Cælestem

Cœlestem ad patrem, translata parabola, fertur,
Qui supera Christus, fulget in arce, pater,
Qui, nisi, mansuetus, mitis, bonus, æquus, olympo,
Humanus, miseris spes reparata locis,
Tam Clemens, facile vt miseretur, et audit egentes,
Peccatis veniam contribuisse, solet,
Plurima, condonat, mortali errata relapso,
Mortalemq; pia protrahit aure virum,
In se, cottidie, conuitia dicta, repellit,
Et suffert spurcis, verba referta, iocis.
Qui quoq; Dæmonijs, statui, non curat, honores,
Sed mentem, vitium dissimulantis habet,
Qui patitur se se contemni et lædere natum
Perfert, incelsi qui patiturq; malis,
Et dicenda minus, perfert atrocita, nec non
Sustinet, heu omni, facta silenda, loco.
Sic tamen affectus, tolerat conuitia vulgi,
Incessus placida, fert ibi mite Deus,
Conuersumq; videns, præsentì accedere quæstu,
Pectora deposito ferre tremore, Deo.
Nonne statim Dominus, fracta miserebitur ira ?
Nonne statim digitis, allicit ille suis ?
Inquit, Quæ dicat Iudex ? audite, malignus,
Instantem viduam, vidit vt esse, loco.
Ipse Deum, quoniam metuam non, nec sacra curem,
Neue homines verear, tangar amore minus ?
Attamen, hæc, siquidem, multum, et mihi sæpe facessit,
In causa vindex, ipse futurus ea.

Nunc quid ais? quod non potuit metus ante resumptus,
Scilicet instantes, hoc potuere, preces.
Non commouerunt hominem, quo iustior esset,
Ultio congestis imperiosa, minis.
Prodiit at postquam vidua hæc, supplexq;, petensq;,
Mansuetum ex duro, reddidit illa virum.
Quid coniectandum est, de tanto, tamq; benigno,
De nostro Domino, de superoq; Deo?
Si vidua accelerans, hominem crudelia flantem,
Supplice, tam mitem reddidit aure virum?
Qua bonitate Deus, qua mansuetudinis vmbra,
Se Dominus, nobis exhibiturus, erit?
Non modo, qui semper misereri gestit amore,
Sed nunquam vt fontes, puniat ille, cupit,
Propter et insignem, genus hoc mortale, fauorem,
Is trahit, ac patria ducit, habetq; manu,
Supplicia hausurus, sic cominatur vbiq;,
Præparet vt miseris, præmia clara, viris,
Supplicij, à vitij, metus arceat, vtq; reducat
Virtutem, pretij spes stimuletq; nouam.
Dicere, qui cœpi, non possum, à iudice iniquo,
Cœpta per et mentem vertere verba meam,
Naturam præter quod mansuetudine ductus,
Aspiciat Christi iam bonitatis opus,
Vt qui nil vnquam, toto cogitauerit æuo
Humani quicquam, sat feritatis habens,
Mutatus subito fuerit, viduæq; misertus,
Nec neget, insuetam, sæpe rogatus opem.

Erganos,

Erga nos, quantam deflexa precatio, curam,
Sollicita, cœlo proferet ipsa manu?
Quodq; bonum fixo iam deportabit Olympo,
Quod nobis Dominus conciliare solet?
Quid porro valeat, perspecta precatio, signo
Vno, vel certa discere sorte potes,
Si modo perpendas, quæ cunctis dona diebus,
Quæ quouis soleant, dona redire die.
Huic dantur Domino, qui læto iugiter ore,
Supplicat, et superam, quærit inanis . opem,
Lucida suspicias, radiantis lumina, solis,
Lucida vel lunæ lumina suspicias,
Stellarum pariter variarum nobile lumen,
Nec non temperiem, quæ venit, arce, poli,
Copiâ quam splendens alimenti prouenit, atq;
Plurima, quæ mundus, commoda diues, habet.
Nonne pater rerum, cunctis mortalibus æquo
Largitur, iustis, nec retrahitq; malis?
Innumerisq; bonis vitam conseruat, et auget,
Nonne dat innumeras, centuplus vsus, opes?
Immensa illius, facit hoc, clementia, qua nos
Amplexus, patriæ diligit, atq; fouet.
Ergo, si tanta, tam clemens, mente, rogantes
Prosequitur, gremio si fouet ante suo.
Ah quam credibile est, fruituros pluribus horis,
Ornatosq; viros, pluribus esse bonis,
Omnem qui vitam, precibus, sanctisq; dederunt
Cultibus, et finem non habuere preces.

Illud et

Illud et addamus vobis, quod rore benigno
Sit multis sanctis, in sua vota, datum,
Non solum gentes, vrbes seruire cadentes,
Præsidio actarum, subsidioq; precum,
Vrbes, sitq; datum, non tantum attollere multas,
Orbem vniuersum, sitq; tenere, datum.
Exemplo occurrit, fas multi, Paulus, amoris,
Qui, illius vt fiat, mentio dignus erit,
Ille Dei, Paulus, sacer, insatiabilis inquam
Cultor, seruorum, progenitorq; virum,
Ille pater mundi, custos spectabilis, orbis
Terrarum, patriæ, pro patriaq; pater,
Assiduus precibus gentes conuertit, et illas
Effecit saluas, saluus vt ipse fuit,
Perpetuo nobis illud: ceu lumine: dicens,
Sacro pectoribus lumine, dulce, pijs.
Hoc propter, flecto genua ad patremq; Deumq;
Vnum nec cello, flectere sæpe, genu,
Ad patrem Domini nostri, qui Christus Iesus,
Vnde petunt nomen, terra, polusq; suum,
Vt nobis donet munus, quo munere abundat,
Huius vt in nobis gratia fixa sit,
Spiritus illius sancta virtute resurgat,
Addat vt æternum robur, amore suo,
Sic homini interno vt ponat habitacula Christus
Perq; fidem, vestris cordibus acceleret.
Nonne vides iterum, quid casta precatio præstet,
Quas habeat vires, pondera quanta ferat?

Lenis,

Lenis, vt ex ipsis mortalibus, organa Christi,
Vt Domino Christo, templa beata, facit ⁊
Quo non diuersum dicas, velut aurea tecta,
Vel fuerit nitido marmore structa domus,
Vtq; grauis pretij lapides, tectumq; domumq;
Magnorum Regum, constituisse solent,
Sic et, templa Dei, constructa precatio, vestris
Cordibus irradians, constituisse solet.
Ergo, quid grauius, vel quid sublimius ergo
Esse potest, laudem quod meruisse potest ⁊
Inq; precum laudem, maiori pectore, dici,
Altigeni quam quod templa sacrata, facit ⁊
Hic, animam ingreditur: quem non capit, aurea tellus,
Viuentem precibus nec capere astra queunt.
Est, inquit. cœlum sedes mihi, terra scabellum
Estq; meum (denuo fundit ab ore) pedum.
Quamq; domum, dicit Dominus, mihi cunq; struetis ⁊
Aut requiem capiet, qui locus, inde meam ⁊
Quamq; domum, Paulus, precibus struit ⁊ Inquit, Iesu
Ad patrem Christi, debile flecto genu.
Vt vestris habitet, Christus, iam mentibus, atq;
Fulciat in vera, pectus inermis, fide.
Hic quoq; si nescis, poteris cognoscere, quæ sit,
Quantaq; sanctarum, vis animosa, precum.
Quod, velut alatus, discurrens Paulus, in orbem
Terrarum totum, sustinuitq; crucem,
Sustinuit diras, conclusus carcere plagas,
Tergore sustinuit, dira flagella, suo,

Gestauit manibus duram, ceu latro, catenam,
Lumen idem damnis, sanguine lumen idem,
Astus, eiecit, sancta Cacodæmonis, aura,
Illius assurgens mortuus ibat ope,
Abstulit et morbos varios, veraq; reduxit
Mortali lætam, nempe salute, diem,
Harum equidem rerum, illi nec fiducia creuit
Non hoc, quod seruet credidit ille, modo,
Sed precibus sanctis, totum communijt orbem,
Hoc, homines iuuat præsidioq; precum,
Plurima productis, et post miracula, sepultis,
Id statuit sanctas, conciliaffe, preces,
Illis accurrit, ceu totam Athleta coronam
Linqvit, et est animo grata palestra suo.
Quandoquidem, vita, fulcris sustollere, sanctos,
Solæ suppeditant: numina quanta & preces.
Nam, quam vim, cœlis, decussa pruina reducit
Arboribus dulcis vimq; reducit aqua,
Hanc, in sanctorum, producta precatio, vita
Vim seruat, nutrit, vimq; reportat, habet.
Ecce, rigans, animam hoc medio, ceu flumine, noctis,
Omnia perpeffus, Paulus amicus erat,
Omnia, quam facile est, liceat, perpeffus acerba,
Ardua perpeffus plurima quippe fuit,
Tergora verberibus duris, præbebat, et armos,
Vt statuam immotam, forte fuisse, putes
Vincula Macedonum, qui sic concussit, et arctum,
Carceris oppositi, ceu leo, rupit opus.

Vincula

Vincula sic precibus dirupit grandia, et harum,
Custodem eripuit, ne foret error, ope.
Hac quoq;, Dæmoniū, disculsit lege, tyrannum,
Omnes hac vicit, quotquot et Orcus, habet,
Quin ea, quæ cunctis mortalibus esse tenenda
Nouimus, et quæ nos pagina sacra, docet.
Inquit enim, semper vigiles instate precando,
In cunctis grates, dicite rebus, ait,
Et simul oretis pro me, quò lumen adorem
Saluificum, veri quo mihi sermo, fluat,
Ore meo extendam, quò dulcis, et organa linguæ,
Atq; Euangelij munera sancta feram.
Proloquar, vt Domini mysteria maxima Christi,
Vox ea, pro populo, libera facta sonet.
Quid dices igitur? nobis fiducia tanta
Si venit, et iustæ, dantq; petuntq; preces?
Scilicet orantes nos, nil vereamur vbiq;,
Pro Paulo, et verbi, dicere plura, duce.
Pro Duce quis magno, Regi procumbit et audet
Miles, pro magno dicere verba viro?
Esto, Ducem verum, nullum tam Cæsar habebit
Charum, quam Paulum, gloria nostra, Deus.
Attamen et dignos, nos, iusta precatio reddit,
Ad certos etiam prouehit illa gradus,
Liberè vt ausimus, pro Paulo dicere verba,
Pro Paulo, Christo fundere sæpe, preces.
Carceris, hoc pacto dari, fera vincula, Petrus
Effugit. Petrus, gloria digna, polo,

Splendidior cælo, Petrus, tormenta remouit,
Consuluit celeri, sic sibi namq; fuga,
Virtutem ob propriam, verum est, hominumq; salutem
Communem, fregit vincula dura, Petrus.
Sed tamen, intereà conistans Ecclesia votum,
Suscepitq; suas, in pietate preces.
His fregit, rupitq; nimis cito, limine fracto,
Carceris oclusas, et fera vincla, fores.
Non etenim temerè, Lucas subiungit, in æde
Fiebant sacra, perpetuæq; preces,
Pro Petro, assiduis tondebant pectora, palmis,
Edebant animo collachrimante sonos,
Protinus, vt caperent, animi, cum mente pusilla,
Quam, cœlis, possint, vim tenuisse preces.
Nimirum assererent, in libertate salutis,
Et Petri et Pauli, libera corda, Ducum,
Vt sic producta, iam libertate, columnæ
Sacratæ fierent, et sacra dona, domus.
Lucis Apostolicæ primatum, numine ferrent,
Se clarus cælo, clara tropœa, canant,
Terrarum cyclo, ceu murus ahæneus essent,
Præsidium et partæ totius orbis opes.
Dic mihi, quo pacto, patefacta per æquora, Moses,
Traduxit populum, saluus vt esset, aquis ?
Quo pacto, in belis, idem seruauit, et auxit
Sumpta vt discipulo tradidit arma suo ?
Tradidit arma suo, quem tunc exercitus ingens,
Discipulum, hunc Moyses, nempe secutus erat.

Hostes

Hostes aggressus, certa ratione, timentes,
Opposuit dignas, hostibus ille preces.
His cito, multorum percussa est copia bello,
His armis voluit, morte perire, viros.
His nos erudiens, quod fixa precatio, iusti,
Armis et turmis, plus valitura fiet,
Plusq; valere preces iustorum, milite cincto,
Armaq; diuitias exuperare suas.
Propterea et totus, iungens exercitus arma,
Confidit precibus, nil minus arma tenens,
Sed mage, diuini precibus spes fixa, prophetæ
Illa quærebat, perdere posse, viros,
Möse etenim bello certos, orante, triumphos
Iudæi, et victas sic habuere manus,
Sic, et ab orando Möse cessante repræsi,
Hostibus extensas opposuere manus.
Hocq; modo orantes, nos uim Cacodæmonis arctam
Vincemus, nostris arma resecta globis.
Cessantes, in nos etiam per sæpe scelestus,
Fraude sua, et technis, experiendus erit.
Orando, populum Moses seruauit iniquum,
Cuius erant structis, impia facta, dolis.
Orando meruit Moses, sacrata uidere,
Conspectu Christi, dexteriore, frui.
Multiplices fructus, bona plurima, semina læta,
Non alia, orandi quam ratione, tulit.
Præstitit hoc illi diffusa precatio, vitam
Cœuolis ageret, consimilemq; Dÿs.

Sic

Sic quoqꝫ, cum statuam, Princeps Babilonis , in altum
Poneret, vt colerent, relligione sacrum,
Turpia sacra quidem : iuuenes pietate secundi
Tres, fecisse negant , nec coluisse volunt.
Ardentes igitur, iuuenes mittuntur in ignes,
Vt pœnas spreti numinis inde darent,
Incolumes, precibus, medio seruantur in igne,
Illis subiectæ nec nocuere faces.
Haud secus, et Daniel, Regi cum nollet honores
Reddere, dat rapidis membra voranda feris,
Sed nihil ira ferûm, nocuit distorta leonum,
Saltarunt mites, pro feritate, lacu.
Nempe per hoc, nobis exemplum nobile mansit,
Quod precibus, iustos, nulla pericla manent.
Nam quoscunqꝫ Deus, subiectos forte periclis
Viderit, hos seruat, pro bonitate, viros,
Viderit atqꝫ preces , patria bonitate tuetur,
Eripit è cunctis, omnia damna malis.
Tanta preces, secum, profusæ, commoda præstant,
Tam causam nostræ nempe salutis agunt.
Sic, animæ haud vnquam mortalis lumina pandunt,
Aedibus et sacris hæc monumenta locant,
Circundant murum, qui nullo fulmine tangi
Qui nequeat frangi, nec queat esse grauis.
Sed munimentum tam formidabile Diuis
Tartareis, nobis, nobile, dulce, potens,
Atqꝫ salutiferum, cunctis credentibus, atqꝫ
Solamen, parta dexteritate , pijs.

Hæc basis,

Hæc balis, et magnum Samuelem cætera vatem
 Produxit, sanctus sanctior orbe foret.
 Postquam etenim, matri natura aduersa maneret,
 Gignere quo pignus, non cito posset, erat.
 Naturam aduersam, concepta precatio iuuat,
 Vbera quo nato, mater amica daret.
 Apparuit fructus, talemq; precatio vatem
 Edidit, vt fructu, clarior ille suo.
 Nimirum nomen, cœlis, illustre, petiuit,
 Et Samuel, cœlo, clarior ipse fuit.
 Angelon admirans homo, rite superior ille,
 Quam tulit, humana conditione, fuit.
 Scilicet ostendi talem cum luce, decebat,
 Qui culmen cœli, spicaq; læta foret,
 Qui reliquos bonitate graui, virtutibus auctis,
 Moribus et sanctis, ante vel ire, queat,
 Atq; intervallo sanctos excellere cunctos,
 Eminent vt segetes, candida spica, suas.
 Sicq; precum, auxilio Dauid despectus ab hoste,
 Exanimem, feriens, procubuisse facit.
 Non tamen arma mouens, non hastam cespite vibrans,
 Non gladio magnos abstulit ille viros.
 Harum præsidio, Persarum robore turmas,
 Vicit Ezechias, vidit et arte, fugam,
 Cingebant armis infestis mœnia turmæ,
 Vt quateret muros (machina dira) graues,
 Ille præcum vallo sepsit, ceu aggere, muros,
 Hac vicit turmas percutiente manu,

Hac sine,

Hac sine, mox, armis, bellum ratione solutum,
Hocq; precum modulo, iusta tropæa tulit.
Sic tuba cessauit clangore hortarier arma,
Sic miles patiens in statione fuit.
Mota nec, hoc pacto, diris cruciatibus arma,
Nullius erubuit sanguine terra viri,
Hostibus incussit deprompta precatio cunctis
Terrorem, vt raperet corda proterua metus.
Hæc itidem fuerat Niniuitis causa salutis,
Illos seruauit, hæc pia causa, viros,
Cœlitus immissum citius quia depulit iram,
Purior et populo vita secuta, fuit.
Vim tantam, tantumq; recepta precatio, robur
Obtinet, hanc veniam conciliantis habet,
Vt postquam turpem Niniuitæ, et labe repletam,
Ceui, agerent, vitam hanc, absq; pudore, feræ,
Turpia sectantes, scelerato crimine, pleni,
Omnia pro libito, turpiter efficerent.
Lege recens, sed post, ingressa precatio, certa,
Vrbs vitij, factis turpibus abstinuit.
In melius vitium, vitio, conuertit abactio,
Iunxit amicitia, consona corda, nouæ,
Iustitiam induxit, prauos quæ corrigit actus,
Induxit cultus, cum pietate novos,
Concordes animos iunxit, confecit, egeni
Maior vt instanti tempore cura foret,
Deniq; cuncta tulit secum bona, cuncta creauit
Commoda, degenerem dispulit inde luem.

Nam velut,

Nam velut ingreditur, regnum Regina superbum,
Aut urbem populo, iam præeunte, petit,
Omnis subsequitur, fulgens opulentia rerum,
Impositas gazas, durus asellus habet.
Sic, animam ingreditur, succincta precatio, postquam,
Virtutes omnes, quæq; sequuntur habet.
Nam fundamentum quod dicitur ædibus esse,
Aut quæ fulcra solent sustinuisse domum,
Hoc anima est, constans, et vera precatio, fulcra
Illa animam nostram sustinuisse solent.
Ergo basin postquam, primam hanc infixeris, illas
Radices animæ fixeris esse tuæ,
Culta pudicitiae superaddere, dona, necesse est,
Mansuetam mentem, candida corda, decet,
Pauperis enormem curam, solamen egeni,
Quærere iustitiam, iustitiæq; locum,
Deniq; quicquid habent, Christi, pia numina, leges,
Et præcepta Dei, nos didicisse iubent.
Illius vt toto narretur gloria mundo,
Illius omnigeno personet orbe, decus,
Illius extet honor, quo spiritus almus obumbret,
Et petat æterni, lumina sancta, patris.
Sic habiturus opes, regio fecunda metallis,
Cœlestis dabitur, plurima vena, soli,
Propitij plenum, sic numinis esse theatrum
Conspicies cœptis, præuia dona, tuis,
Vbere sic gremio largas sensurus opellas,
Sic Christum sacra, senseris æde, loqui,

Quisquis es in sacro, qui pectora semine mergis,
Et tua diuinus lumina cultus habet.

Finis libri secundi.

NOBILIVERO, CLARO ET ERVDITO VIRO,

Domino Hyppolito Tsernin à Zaborzi &c. Res
uerendissimi Principis Balthasaris &c. Cons
filiario, compatri suo ornato,
Idem Leander.

ILle ego qui nuper, tristi valetudine captus,
Carmen, in hunc cætum produxi, et sacra cœgi,
Vt quamuis tenues, precibus votisque Camœnæ,
Gratum opus hoc, superis, omni vel gratius æuo,
Arma, virumq; daret, patriæ qui primitus oris,
Martia securo sequeretur milite bella,
Incurfus Turcæ constantis pelleret hostis.
Sed non militibus, Ducibus vel, prælia sunt o
Arma precum saltem, liquido cognoscere detur
Esse pares modulos, humana dicere vita,
Quemq; suas maculas, istis abstergere vitis,
Hac Dominum, faciem veniæ, ratione, paratum,
Conciliare sibi, precibus sufflare monaulon,

Vincere

Vincere pseudologos, Manñ turpare furorem,
 Candida summigeno subscribere signa triumpho.
 Quærere signa Dei, Dominumq; accedere Christum
 Qui præstat quiduis, quoniam clementia tanta est
 Illius, quo pene roget, miserumq; reiectum
 Vivere contendat, non auersetur egenum,
 Illius cura plantati, cespite cœli,
 Ociâ ducamus tranquillo tempore, fatum
 Sic expectantes, rapiamur origine prima.
 Quid ? Dicas, mens ista suo prostrata pudore,
 Et iacet, et metuit, ceu auersatus Iesus,
 Non cupiat secum, qua nam vel lege, resurget,
 Vel curas adimet ? modulus qui dicitur esse,
 Vnde precum cumulo, Christum quis luce salutet,
 Nocte precum cumulo, Christum veneretur, ametq; ?
 Dicam, ne laxus, studium, venamq; retardes
 Orandi, tibi ne nunc desit copia rerum,
 Qua quereris, mentem non flectere posse priorem,
 Dicam: des aures, vitioso corpore pallam
 Reijce sordentem, niueas citus indue vestes,
 Spectatum venias succinctis vestibus, ore
 Succincto, Dominum sic læta mente preceris,
 Ante sed indutus, vilescas pelle, quod ipsum
 Gloria cœlorum, Dauides facit almus,
 Ante Deum, dum stupra flet, et sua crimina purgat,
 Sic iaceas vili, primo, velatus amictu,
 Inde precum sumas, pellucida munera, vestes
 Inde precum quæras, Christoq; accedere tentes,

Idem Dauides, sic instruet, arma parabit,
Hic, habet astrifatos diuini luminis hymnos,
Hos pete, dant fructus, dant balsama grata salutis,
Forma precum datur his, castis attinge labellis,
Cottidièq; legas, ores, his funde querelas,
Ante Deum patrem supplex, tua facta perosus,
Pura creatori producas pectora Christo.
Hæc sanctus vates, propria decantat in hymnis
Persona sanctis, terrores cantat in ipsis
Horrificos mentis, quam formidabilis ira
Iudiciūq; Dei, quam formidabile nostri,
Spem desperatam, sublatam protinus, Orco
Iam decertantem, durissima prælia carnis,
Excitat ardentes: cœlorum pondera: amores,
Cunctarum scribit virtutum semina cuncta,
Persequitur fructus facili conamine vates
Ille diuturnos, quos verbum sustinet, et quos
Ex vero cultu Christi, repetamus ouantes.
Rectorem summum cantat, cœliq; figuras
Luminibus lustrat sacris, ostendit eunti
Ille viam, precibus, quibus ora, pedesq; rigare
Conuenit, et Dominum Christum reuerenter adire.
Et velut hic Dauid, miles, vel caupo forensis,
Siue hominum quiuis, ponat, belloq; domiq;
Ante voluptatem: qua delectatur: Iesum.
Vt qui sit, suauis, placidus, mansuetior æquo,
Affluat vt rerum, confirmat, copia, donat
Innumeros fructus illis qui iugiter orant,

Effusis præ

Effusis precibus satagunt qui dona frequenter.

Sed modus orandi qui sit, qui Christus in arce
Est amplexandus, vir tam diuinus et acer,
Versibus et hymnis demonstrat, se quoq; præbet
Exemplum, admonitus toties succumbere culpæ.
Rebus vt angustis, diuersis rebus ibidem
Ad sanctum Christi nomen fugiamus, ab ista
Arce satis tuta, spem, præsidiumq; petamus.
Rebus vt ad nostram, iam iamq; fluentibus auram,
Atq; voluntatem, prosperrima fata colamus.
Non importuni, quos dira superbia vexat,
Simus et elati, quicquid sed vbiq; locorum,
Siue domi, sit siue foras, sit mœnia, et intra
Miliriam existat, fœlix successibus ardet,
Omne illud Domino tribuamus, et omnia Christo
Hymnis acceptum demus, exoluamus in horas
Acceptas grates, grates fidenter agamus,
Ore nec illius laudes, animoq; negemus.

Vt facile hoc fiat, diuino carmine, vates
Explicat excelsus. Sed quo maioribus orsis,
Singula dependant, maculis et sorde profecta
Diluat æternus pater, et contagio cedat,

Singula sum tenui filo, studioq; secutus,
Occurrant maculis, quo singula carmina, nostris,
Quodlibet et vitium, quiuis, stans lege, character
Purget, et hunc habeat noster stylus, ordine, finem.
Compater insignis, magnis virtutibus alte,
Altus honos cuius, diues: taciturus honores

Et præclara, tuos, alia scripturus in aura,
Lumina: te stantem Diuorum conspicio aris,
Aede loqui sacra, Dominum gratanter adire,
Aeternumq; Deum venerari, agnoscere libris.
Cumq; creatori te iam succumbere cerno,
Id cogito, munus mittant pietasq; fidesq;.

Ergo viro ornato, tibi sint primordia fructus,
Huius et æterni studium non dulcè laboris
Percipe, Res pia dat, pia sunt commertia vatis
Psalmographi, infirma ductos valetudine versus,
Præuia Psalmorum cunctorum lumina, vultu
Aspice prudenti, liceat, quod debeo, nondum
Præstiterim, valeam non hoc præstare disertus,
Mitto patricinio, tamen hoc, pie compater, ad te
Mitto. Nec dubito quin sis lecturus amicè,
Plectra Iessææ Musæ, si fortè character
Displicet, in varia si disparitate resultat.
Consule præsentis hymnos, nec despice lumen,
Quodq; secutus ego studium, psalmosq; per omnes
Expaciat ego, mitto, lege sedulus, ingens
Accedet fructus: facias licet ante: reducas,
Maiorem capies, si quando libentius instas.

Hoc tibi sit soli nec opus, pietate, superbis
Cunctorum: votis: cantentur carmina labris.

Sed tibi gratificor, studiorum fautor amicè.
Ista tuis donec votis, Diuosq; precabor,
Non pereunte, legas, vt fructu, neuè fatiges
Lumina, sint aditus, ad magna palatia Christi.

Crede mihi, his dictis, diuersa pericula rerum

Diffugiunt, grassans in sinibus occidit hostis,
Pellitur hac medijs subsaltans lege tyrannis.
Insidiæ cessant, viduis solatia dantur,
Pignora subrident, nec quisquam luget ademptos,
Pauperies nulla est, nullum grauis vrget egestas,
Carnifices morbi fugiunt, sequiturq; medela,
Inuidiæ stimulus longè est, contemptus, honore
Fulgescit, summis deiectus tollitur aula,
Principibus gratus, succendit luce fauorem,
Infima despiciens, osorem conspicit ægrum,
Agri non vnquam sterilescunt, arbore fructus
Proueniunt multi, non obruta semina terræ
Imbribus. His tandem productis, carmine, votis,
Omnia quam primum cedunt incommoda rerum,
Clade nec humanis vlla, contagio rebus
Vlla nocere potest, præcedunt pharmaca, psalmis.
Quis, facile aduersis, rebusq; medebere fractis.
Vt post fortunæ, populatio tota repulsa,
Fortunæ radijs dentur, prosperrima cœptum
Fata sequantur opus, foelicia tempora crescant.

Compater, hoc etiam mihi crede, diserte, Metallum
Fratribus, hic animus si sit, Christumq; precentur,
Cuius ab auspicio primum: cum diuite vena
Poscebatur humus diues: sub viscera terræ
Descensum, stygias vt quæ submouerat vmbriis,
Quæq; recondiderat, solo monstrante petantur,
Effodiantur opes multæ, multumq; metalli
Proueniat, nutu Domini, quia postulat vsus,

Proueniat,

Virgula diuina hos, non coniectura fatiget,
Qua venas quærent, consultant pondera magni
Artificis, nec opus præsto fiet, alueus ingens,
Fossilis et carbo, nulli chrysocola petenda,
Neue fodina fiet, seu forte cuniculus adsit.
Neue molibdena est quærenda, nec inde pyrites,
Non situlus, currus, non est tractoria habenda
Machina, præualido multum circumdata ferro,
Quæ trepidis agitur equis, cui grandis adhæret,
Et robusta nimis restis, non concaua montis
Ora petenda tibi, montanis vestibus ipsis
Nil opus, aut sellis latis è subere textis.
Non opus amphractu rutilantem lampada gestes,
Nec grandi pera concludas pinguis sæua,
Fossa profunda nec est repetenda subinde, metalli
Dæmon optandus, venæ non exitus ullus
Quærendus, non est extensio pallida venæ,
Neue recrementum iaceat super ora fodinæ,
Non opus, accedat Capitaneus ipse fodinæ,
Aut huius præses, rationum siue libello
Præfectus coram fiet, omnibus æqua potestas
Ecce datur cælo, cælum implorate metalli
Artifices, purum æs cælo datur, omine dempto,
Et sine conatu, nimio duroue labore,
Inde fodinarum partes empturus anhelet,
Symbola tanta petat, carris euehatq; supernis,
Extrahat et situlis decussum montibus ipsis,
Lege precum, autorem, splendentis in arce metalli

Inuocet,

Inuocet, imploret, quærat, Dominumq; fatiget
Argenti, assiduus precibus, Mihi crede benigne
Compater, excoctum non æs habet ille metalli
Inuentor, solij dator, et fabricator, hic aurum,
Concretumq; noua vena, quam nobile monstrat.

Sed non in somnis partitur, hic vrget egentem,
Quærat opes, precibus, si sedulus esse labore,
Si cupiat, gratis, subtus loca plena, metallis.

Artifices socij si quid præstantius ergo
Dicite: Nil præstat, fumantia culmina montis
Cernite, præsentem statuatis vt ordine Christum,
Vobis arenti qui donet munera saxo,
Præbeat ascensus faciles, fecunda metallis
Lumina concedat, molem quoq; montibus ipsis
Imponat facilem, quo plurima vena secetur
Pluribusq; inq; locis. Præsertim nobilis vrbis:
Quæ tria Nissena nunc distat millia ab vrbe:
Lux fiet effulgens, plenus locus atq; benigni
Numinis, æterni scateat fons ille metalli,
Qui profundat opes largas, egestaq; semper
Euacuetur humus, famuli semperq; recurrant.

Pergite sic alacres, Christo duce, pergite fratres,
Qui colitis magnis expensis namq; fodinas,
Expetite à Christo, gremio dabit vbere venas.
Vt non Demetrius Phaleræus dicere possit.
Accipere, hoc ipsum, quod quis debebat abunde,
Non tamen accepit, manibus quod lætus habebat
Abiecit. Tacitus nec iam Cornelius instet,

Dictis. Heu dubito, argentum, aurum flue, negarint
Dñ tibi propiti, irati seu, non locus iste,
Vlla capit grauibus, bona quæ fecunda, metallis.

Falsum erit hoc totum, falsum et mendacia dicent,
Impensis minimis aderunt, fratresq; viriq;
Diuitiæ, aurisiti, magnæ vobisq; dabuntur.
Orgya, non altum excedent opus, vsq; ducenta.
Aurum vos summo tangetis, cespitem eretum,
Non fossis imis sectum, melioribus ausis,
Larga fluet vobis melioris vena metalli,
Tantaq; diuitijs quo Lydia regna valebunt.

Sic vos Monceros, Romanos vndiq; dicent,
Polneros etiam, Federanglos diuite vena,
Phlocciolos pariter, Tomefernos lumine magnos.

Hyppolitus qui tu dictus, bone compater olim,
Ippouius, fueris multi ditissimus agri.

Tunc ego, fortunæ iam multis ictibus ægræ
Expositus, dubijs iam diuexatus amicis,
Infensis superis, in menses quatuor, vltra
Si libet excedam, per me tractoria longa
Machina voluetur, gens corpus Crassa refertum
Crassorum, nostrum non censeat, vsq; futurus
Sed Macer exempta, qua iam pinguedine vexor.
Si libet, et partes vobiscum, lege coëmam
Symbola vobiscum, non posteritate leuanda
Sensurus, pandens, diuinam, ad concaua, virgam,
Lætior effectus, larga vbertate metalli,
Ille ego, qui nuper tristi valetudine captus.

CHARA

CHARACTER
SEVSTYLVVS,SYNGVLORVM PSAL
morum Dauidis vatis, quorum præsidio, facili discrimine,
in rebus angustis, asperis, tempore difficili et calamitoso,
homini Christiano, ad nomen sanctissimum Dei confugi-
endum, nostris viribus nihil arrogandum, vtq; pro-
speris, semper grates benignissimo numini
agendæ, et laudes Dei, demisso et humili
animo decantandæ,

Figuratus, per Ioannem Leandrum, Tetraſtichis.

Primus itaq; Psalmus, orandus, me-
ditandus, dicendus.

Si quando memori cogitatio mente, recurrit,
Quæ sint foelicis, tempora longa, viri,
Pœnæ infœlicem, post impia facta sequantur,
Detur opus, stygîs, improbitatis, aquis.

II.

Conquerimur, si cuncta, dolus, terrena fatiget,
Opprimat et Christi, mundus inanis, opes,
Horrendas referatq; minas, ne passio Christi
Cedat in electum, sancta, salutis, opem.

III.

Cum premit anxificam, præduro tempore, vitam,
Spes mala, discamus, ferre, subire, pati.
Et cum persequimur, truculentus miscuit hostis,
Hæresæos, sanctis, dira venena viris.

K

ñ

Iam, iam,

YIII.

Iam iam, si victa est, tribulatio grandis, et ingens
 Mœroris fluctus, te superante, ruit,
 Sisq; exauditus, recidas ne turpiter, Euge,
 Dic grates Christo laudis amore tuo,

V.

Multa malignantes, quando præsegmina fraudis,
 Insidijs etiam, subdola facta, struunt,
 Auribus accipiat iam verba precantia Christus
 Mansuetis, hymnum hunc, voce rogante, cane.

VI.

Numina trina colens, sit carnificina parata,
 Conscia qua vitio, mens agitata, ruit,
 Ne furor ad præsens, procedat et ira futurum,
 Placetur nostri, lex, metus, ira, Dei.

VII.

Non secus, Architophel, Dauidi friuola sparſit,
 Plurima consilijs, dantur, eruntq; malis.
 Nunciat hoc aliquis, vocem distendito, psalmus
 Vnde sit auxilium, qui releuêre dabit.

VIII.

Gratia, cum cernes, quod Saluatoris obumbrat
 Diffusa humanum quantulacunq; genus,
 Et quod restituat veram bonitate salutem,
 Gloria sic summo magnificanda Deo.

Cum sitis

IX.

Cum sitis est, nobis male, frangere posse, volentes,
 Atq; inimicitias exuperare datas.
 Confissi nihil in nosmet, fiducia tota
 Spiret et angelicos, spiret et altra, sonos.

X.

Quod patris altigeni, cunctis est numen amandum,
 Pernicies cunctis sitq; parata malis.
 Neve metu, innocuus vita, seu felle malorum
 Affectus nimium tristior esse queat.

XI.

Cum nostris regnat ventosa superbia terris,
 Et mala, ceu Lerna profligente scatent.
 Inter et hos homines, sanctum nil, nilq; beati,
 Votaq; sunt vitijs deteriora suis.

XII.

Fraude diuturna si fractus, mente laboras,
 Atq; aduersantis causa petenda tibi est.
 Siq; viris, iustus, fueris vexatus iniquis,
 Protinus his lachrimis vtere, sanus eris.

XIII. dicendus.

Ne blasphemantes rapiant pia pectora, turbet
 Impius, insultans, coepta beata, pij.
 Et ne pleniori ventris, luxusq;, luesq;,
 Incendat casti, sobria corda viri.

XIIII.

Noscere perpetui gestis noua tempora regni,
 Noscere si ciues, indigenasq; cupis,
 Et quæ viuendi ratio siet optima Christo
 Chara, metu exemptò hîc, est pietatis apex.

XV.

Sacra, cibos, mores, et Sabbata ritibus aufer,
 Prædicit mortem, Christus hic ecce suam.
 Mosea, qui tollas, audi, Dominumq; sequaris,
 Cuius ab humana morte trophæus adest.

XVI.

Proximus ipse Deo quamuis, si labe recurre,
 Sunt animam rapiant, qui sine fine, tuam.
 Hac opus, hæc mentes oratio fulcit, agitq;
 Lætales ne te vindicis ira premat.

XVII.

Pressus es hostili cum milite, liber abisti,
 Iam qui persequitur, teq; tuosq; dolet,
 Lætus ab Isaida Dauide, hoc carmen adora,
 Libera sic tristi, tempore colla geres.

XVIII.

Magna rei quotiens tenet admiratio factæ,
 Atq; mouent mentem, cuncta creata tuam,
 Prouida quam fuerit diuinæ gratia mentis,
 Ordoq; versantis syderum in arce, poli.

Quando

XIX.

Quando premit fratrem, distorta calumnia, quando
 Munia turbantur publica dissidijs.
 Ominibus faustis ipsos solare dolentes,
 Vt possint firma, speq, salute, frui.

XX.

Hic serues Christi, sed sceptrâ perhennia, serues.
 Iudæi, vanam: vota caduca: fidem,
 Illum, quem sperat venturum, credimus esse,
 Venisse humano, qui Deus ante, statu.

XXI.

Cum matutinam ceruam, quæ denotat Hester,
 Tollis, serpentem qui necat ipse, capis.
 Ceruus sit Christus, cuius pia vulnera, probra,
 Et moueat læso, crux lachrimosa, pede.

XXII.

Exultas, gaudes, cum prospera cuncta sequuntur,
 Cum custoditus, prosperiora vides,
 Scilicet, hæc Domino curæ esse, agnosce precando,
 Huic referas certo, singula dona, Duci.

XXIII.

Quæq, Iebusæa tibi de regione canuntur,
 Hic Domino ostendes esse, subesse, tuo,
 Omnia contraxit diuina potentia, adimus
 Impare sed superas, conditione, domus,

Irruit hos

XXIIII.

Irruit hostis atrox, inimicus et arma requirit,
 Atq; manent vitam, sæua pericla, tuam.
 Respicit electos Deus. Hic cane, franget iniquum,
 Ac frustra cœptum debilis hostis aget.

XXV.

Criminibus falsis, quando delatus iniquè,
 Sanguine qui pereas, inuidiosus eris,
 Omnia vana hominum, cogita, ne iudice perstes,
 Disceptet causam, Christus Apollo, tuam.

XXVI.

Dum contemplaris mentem, qui pectore fulgor,
 Ecce oculus cordis splendidus, alma fides.
 Hinc plagas passus, studiosa mente voluta,
 Sitq; Deo pietas credula, fixa, tuo.

XXVII.

Vtere, vel dicas, inimica in gente trophæum,
 Pectora cum nimium, mira pericla, grauant.
 Et tibi blandicis, odiosa incurrere lingua,
 Lingua aliud referens, cor aliudq; studet.

XXVIII.

Arca typus templa est, David noua formula Christi,
 Hic populo, ille arcæ, libera colla dedit,
 Hinc Euangelij vox est dispersa per orbem,
 Mireris, quæ sit gloria magna Dei?

Pestiferis

XXIX.

Pestiferis morbis iterum quod liber abisti,
Liber ab ærumnis, liber ab insidijs.

Mortifera de sorde leuis, gratesq; precesq;
Affectu hîc cordis, dicere rite, potes.

XXX.

Vera professus eras, odio te perdit amicus,
Idcirco iuuenis, persequiturq; senex.

Non aduersantem: precibus submitte: timebis,
Sî supera cogitas, pensio quanta, domo.

XXXI

Turpiter, exemplo proprio commissa diebus,
Ne celes, labijs vt fateare tuis.

Ad Dominum accedas, veniat confessio facti,
Erranti toties hîc medicina datur.

XXXII.

Prospera florentis, si confers, gaudia mundi,
Iusta q; iustorum congeris orsa virûm,

Lætariq; iubes, Domino confidere nostro,
Saluifica, hic solus, te pietate iuuat.

XXXIII.

Si prudens hostes vitasti, et terga dedisti,
Adductis, speras prosperiora malis,

Vota vocant, mitem hæc hominem, blandumq; futurum,
Hac spe, qui pellat morbida membra leui.

XXXIII.

Hic quoq; dicendus, quotus implorare valebis,
Auxilium Domini, voce tremante, tui,

L

Ne gra

Ne grauis exuperans magnorum pestis in aulis,
Exemplo Saulis, turba nocere queat.

XXXV.

Hic, cum peccantis signatur corde figura,
Passimq; Hæreticos, in sua damna, trahis.
Luminis æterni fontem monstrare paratus,
Vt fugiant cœptis, dogmata falsa, suis.

XXXVI.

Cumq; malos cernes, quos vana superbia perflatur,
Florere, vt rerum copia tota fluat.
Aemula turba bonis, ne sis, brevis illa voluptas,
Supplicij magnis associata fugit.

XXXVII.

Deploraturus, vitiorum fonte latebras,
Conscia mens, quibus est, obsita sæpe malis,
Pœnituisse potes delicti crimine, ne te
Arguat irati, percita dextra Dei.

XXXVIII.

In manibus linguæ, cū mors, et vita, sietq;
Iustitiæ cultus, lingua pudica, siletis. Prouer. 18.
Vincla petiturus, canta hunc, stringentia linguam, Esa: 32.
Ne possis fatua conditione premi.

XXXIX.

Sublata Christi, si mitem, lege, loquelam
Percupis, ac grates, se redeunte, cupis,
Quod mediteris habes, et habes solatia curis,
Sunt Euangelij, plurima dona sacri.

Pauperibus

XL.

Pauperibus qui non largam communicat escam,
Defraudat vitam, hebilis ille viri.

Cumq; igitur duris sustollis rebus egentem,
Perge age, fortunæ, te rota cœca, beat.

XLI.

Et desyderio Christi cum tangeris, hostes
Insultant, veluti non locus esse queat.

Tuq; immortales, anima sperante, requiris
Fructus, hinc verbo saluificante, pete.

XLII.

Ingemis hîc itidem, seriem quia tractat eandem,
Cum desyderio tangeris ipse Dei.

Qui velit, à paleis, vitam discernere iusti,
Vt sacra mortalem sorbeat aura luem,

XLIII.

Siue recordatus fueris, benefacta supremi,
Exitus Egypto, commoda quæue tulit.

Quam bonus est Dominus, quam sordidus ille popellus,
Qui nullas grates, prosperitatis agit.

XLIII.

Ecce Sacramentum, cœlestis luminis, ecce
Vtq; piam fundit Spiritus almus opem.

Hinc Hymenæa petes, quem fert Ecclesia Christo,
Iungitur hîc sponso, sponsa beata suo.

XLV.

Cum siet ærumnis pressurus, splendidus orbis,
Subiectus varijs, qui siet ante, malis.

Certa nec exuperet, magnū fiducia Regum,
Ferreus hic Christus murus in orbe, manet.

XLVI.

Lætus, Apostolicæ, chorus, vt vocat organa, turbæ
Christi, dat plausum, scansio sancta Dei.
Ipsa superstitio, contundat pessima vitæ
Tempora, det vitam, religiosa cohors.

XLVII.

Exit in immensum diuina potentia Christi,
Hic, grates proprio dicere iure potes.
Quod Solymas vrbes, et sancta Syona frequentet,
Atq; domos, sanctæ, culmina sancta, suæ.

XLVIII.

Quisquis eget rebus paucis, hic diues habetur,
Pauper, qui semper plurima dona cupit.
Idcirco vt temnas, et opes, et debile honorum
Munus, et æternas solliciteris opes.

Chry:

XLIX.

Est pater, est et filius, est et Spiritus almus,
Vnum sed referunt nomina trina Deum,
Hunc cole, prætextu nil religionis adito,
Vota ea sunt Domino persoluenda tuo.

L.

Hoc vel origo notat, nobis peccata parentum
Quod data, quod noceant poma resecta, viris.
Hinc si peccasti, si pœnitet, ista fateri
Confesso venient, mitia iura, tibi.

Te premit

L I.

Te premit elati scelerata calumnia Regis ,
 Et Pluti elati, gloria vana, dolet.
 Hic tibi dicendus tacita sub mente , nec vnquam
 Stulta huius mundi, gloria, corda premet.

L II.

Vos Euangelij genuit vox alma, sacrati, Gala: 4.
 Credite, credendi proderit alma fides.
 Disce agitans, Ne posse fide sine viuere, nec te
 Seruari credas, posse, nec absq; fide.

L III.

Non secus ad Christum, pharisaica turba petebat,
 Dauidem pariter , turba Siphita suum.
 Sic circumseptus : qui te petit : hoste, rapitq;
 Dic, probitas iusto vindice tuta, manet.

L IIII.

Sæpe fit, vt summo, summè qui iunctus amore,
 Vafricie inuadat, pectora iusta, leui,
 Ne te decipiat, ne subdola lingua resultet
 insidijs, Ora, tutior esse potes.

L V.

Auxilium implora Domini, quando impia turba,
 Non secus, insidias hostis ab hoste, petit, .
 Magna tuam quando vitamq; pericula tentant,
 Sic veniet Domini spes reuocata tui.

L VI.

More suo satrapæ, sæpe insectantur in aulis,
 Speluncam, qua vis delituisse, petunt.

Ne quid formides, metuas nec fœdera prauī,
Hinc tibi solamen, consiliumq; pete.

L VII.

Multi iustitiam, protensa voce loquuntur,
Muscipulam menti sed posuisse iuvat.
Ergo sit vt iustus Iudex, qui iudicet æquum.
Hunc cane, nil faciet, quod negat esse, sibi.

L VIII.

Contra aduersantes, petis auxiliumq; locumq;
Præcípites posita qui statione, cadant.
Vt tua libertas, grata spe, vindicet hostes,
Gratus et æterno sis, sine fine, Deo.

L IX.

Destruit, atq; à se, peccamus quando, repellit,
Accedas, quando pœnitet ergo, Deum.
Vt cesset bellum, detur pax candida terris,
Et bona priuatis publica rebus eant.

L X.

Ne leuis insultet, densatis ictibus, hostis,
Dissidijs laceret, teq; tuosq; suis,
Protinus auxilium pete, dirige tela sub astra,
Inuenies precibus lumina salua tuis.

L XI.

Nil homine est peius, nec inanius, exige pensum,
Fallaces homines subdola corda gerunt,
Quare age, consistas precibus, pro tempore vitæ,
Fide Deo, tunc te fallere nemo potest.

Effugerat

LXII.

Effugerat Saulem Dauid, per inhospita, sic tu
Desertum fugiens, & loca sola, petis,
Solutus eris nunquam, ne frangas corda timore,
Præsentem Christi, mane videbis, opem.

LXIII.

Cede malis contrà, contraq; audentior ito,
Insidias tibi cum, gens inimica struit,
Ardentes: huius, plagæ, celeresq; sagittæ,
Ore, sinu, dextra, paruula turba, manet.

LXIII.

Vt pacem, dulcemq; Deus det sæpe quietem,
Et frugum donet, tempora læta, Deus.
Vt connexa fiet, benefactis certa corona,
Orato, sælix totus hic annus erit.

LXV.

Affligi poterit populis Ecclesia sancta,
Illa sed haud vnquam, deseruisse, potest.
Gratia dicenda est, Dominus laudandus in horas,
Quod dederit populo libera colla suo.

LXVI.

Larga viris miseris detur benedictio Christi,
Certaq; sit gentes vsq; beanda salus,
Vt placidis oculis sitiat præstare benigna,
Omnia sed radius pellat amara suis.

LXVII.

Sæpe vt deuotè tractes mysteria Christi,
Vt dicas, quæ mors, passio quanta, Dei,

Vtq; resur-

Vtq; resurgendo, succedat Spiritus almus,
Qui Sathanæ verbi frangat amore, minas.

LXV III.

Ipse pater rerum cum sustinuisset acerba
Vulnera, perpestæ discruciatâ crucis.
Clamabat patri, clama, consperge dolore,
Vulnera vulneribus viscera visceribus.

LXIX.

Hic, iterum orato, quo defensore supremo,
Corruat infesti, machina dira, viri,
Vtq; ardens odium, diris exasperet umbris,
Tu lætus, sancta sis releuatus ope.

LXX.

Nil tibi præsumas, semper fiducia præsto est,
Spes tua, quo Christo, dedita tota sit.
Fac melius speres, quoties confessio facta,
Subleuat accessis proxima corda malis.

LXXI.

Dogmata sancta docent, Quid? Eum, sol, luna timebunt,
Suppliciter Reges, et sibi vota, ferent.
Magna ea cantabis, si numina, dixeris ortum
Christidos, hinc series apta petenda precum.

LXXII.

Cumq; vides prauos, quos fastâ potentia tollit,
Crescere, et hos factis vsq; vigere suis.
Teq; bonum, contrâ, vexari, rebus egentem,
Hic, consolari, ne moueare, potes.

LXXIII.

Omnibus, heu, peccat populus, quam turpiter, horis,
 Et vitium vitio continuare solet.
 Si patrem veniæ, læsum sentiscis, iniquis,
 Hæc animo, Psalmi verba precare, tuo.

LXXIII.

Ista Deus loquitur, deterret nempe superbum,
 In mala, ne præceptis insidiosa ruat.
 Arroget haud quisquam, ventosa superbia cedat,
 Confessus Domino, cum fiet omne, suo.

LXXV.

Vt bene succedat cunctis sua vita, recedat
 Hostis, victori, vita sit alma, pio.
 Qui, velut adseruat, Solimææ mœnia gentis,
 Adseruet magni, nomen vbiq; Dei.

LXXVI.

Effugium quoties inimicus habebit, et vrget
 Te prius enormem, calliditate, virum.
 Ne tu desperes, ora, exauditus abito,
 Et solitas grates, conuenienter age.

LXXVII.

Ne velut, Hebrææ, fuerant primordia gentis
 Grata minus, fias gratus et ipse minus.
 Sed mage, diuinis benefactis cesserit aura,
 Hac memor accepti sis ratione boni.

LXXVIII.

Irruit hostis atrox, templum fœdauit Iesu,
 Occidit sanctum, corpora sancta, virum,

M

Atq; volatis

Atq; volatilibus cœli proiecit in escam,
Vt sis compatiens, vota preceris habes.

LXXIX.

Vtq; hostis cedat, dispellat ab vrbe tumultus,
Adducat nullam, vi potiore, manum.
Ne cœtum fidei frangat, moueatq; fideles,
Non vlla belli conditione, premat.

LXXX.

Si te forte mouet contemptus religionis,
Et sectas varias, quanta pericla manent.
Erige festiuos sacra sub solennia cantus,
Solennes, Hymno concelebrato, dies.

LXXXI.

Quando vides, viduasq; premi, miserosq; pupillos,
Iustitiæ verum tollere cernis iter.
Iustificata Deus det veri fœdera, Christus
Vindice constringat, iudicis ora, manu.

LXXXII.

Perfidus vt rursus, dispersas congregat vrbes
Hostis, agens Domini, templa beata, Dei.
Anchora, spe fidei, sint verba salubria Christi,
Vis poterit fidei nulla nocere tuæ.

LXXXIII.

Hic tibi dicendus, cum diuersoria sancta,
Heu, desiderio tendis adire tuo.
Linquere contendis, fallacis inania mundi
Gaudia, cœlesti viuere lege cupis.

LXXXIIII.

Captus eras, districtus eras, teq; ira supremi
Corripuit, grauidum, ad viscera rupit onus,
Liber abis, compostus abis, grauis ira reiecta est,
Ad cantus supplex, non sine teste, veni.

LXXXV.

Hæreseos cultum gentilis vt oderit, vt qui
Nulla Dei teneat, cognita dona tui.
Hinc animam virtute petat, suffundat amorem,
Fructiferæ sanctum cor, pietatis habet.

LXXXVI. *contemplandus.*

Schismata quo puræ fidei aduersata repurges,
Schismata contendas nosse maligna, cito.
Vt tibi notitiæ fructus succedat, et ipsos
Conuertas rabidos, ad meliora, viros.

LXXXVII.

Imploraturus Christum, miserante querela,
Exprimat affectus, et tuæ lingua, suos.
Grata superueniat Domini miseratio nostri,
Plus habeas, iterum plus, reuocatus, opis.

LXXXVIII.

Non diuersa rogas, quam magna potentia dices.
Sit Domini, erga omnes, gratia quanta fiet.
Vt promissa feras Dauidi, et patribus ipsis,
Et detur larga, spes miserata, manu.

LXXXIX.

Quo Deus omnipotens, oppressam subleuet urbem,
Et sancta plebem, quo tueatur ope.

Respiciat minimè, quæ culpa ab origine ducta,
Iustitiam donet, cum pietate, tibi.

XC.

Anchora nunc vitæ, nunc panditur aura salutis,
Fide Deo, quouis tempore, tectus eris.
Angelon, vt fœlix maneat, præmittit ab arce,
Ille vias, actus diriget ille tuos.

XC I.

Sabbata sanctifices, habeas in honore potentem,
Quæsitum studium, cura petita, fiet.
Vt tibi consilij partem declaret Iesus,
Quem celebres, quem tu laudis amore colas.

XC II.

Quod Deus ex nihilo, cœlum, terramq; crearit,
Res sancta humanas dexteritate, regat,
Quod sexta feria, mox ante Parasceues ortum,
Pro patria, patria lege redemit, ope.

XC III.

Impia turba ruat, quæ, providentiâ quod sit
Abnegat, et iustis, fraude, maligna struit.
Innocuus rectæ traducat tempora vitæ,
Dirigat et rectum, qui patienter, iter.

XC IIII.

Quo possis populum, præceptis flectere sanctis,
Vt canat, vt Christum, carmine, lege, colat.
Exultes, nec sic exemplo, morte priorum
Intereat solis, impietate, locis.

XC V.

Ethnica gens sensit, quod sit tollenda per orbem
Cultibus ascitis, vana superstitio.

Veraq; religio seruanda per omnia, serues,
Atq; amplexandam, sustineasq; fidem.

XC VI. *canendus.*

Hunc cane, cum fuerit tellus vexata per hostes,
Gentibus in multis fabula facta fiet.

Post regnante Deo, verbo redeunte, quiescat,
Fulgeat vt verbi, vis superata, Dei.

CX VII.

Idem age, præsentî, versans præcordia, psalmo,
Imperio reduci, dogmata sancta, pete.

Lætare in somnis, vigili pia gaudia captes
Mente, quod à domino, liber es ipse, malî.

CX VIII.

Iustitiam vt videas, videas miserata, supremi,
Pectora, et indignis participata viris.

Illius vt cultu persistas, gente fremente,
Et Regem Christum, semper in ore geras.

XCIX.

Sollicita quoties perpendis mente, Creator
Qui fiet, vt clemens, in tua cœpta, Deus.

Perge, age, sollicito grates dic pectore multas,
Non intermittas, dicere sæpe, preces.

C.

Ne te, qui falso concinnant pectore fraudes,
Traducant aula, Regis vbiq; tui.

M iij

Sed piu

Sed pius attendat princeps, damnetq; dolosum,
Iura det acceptæ mitia iustitiæ.

C I.

Si iacet infirmæ naturæ, munus oberrans,
Assiduis vitæ mergeris inde malis.
Tædia, ceu Medicus, fueris perpeßus iniqua,
Consolatricem hîc, pauper habere, potes.

C II.

Est hominis puri, Christo debere fateri
Omnia, quæ faciè, corde vel intus habet,
Pro bene sic factis, grates persolvere debet,
Atq; hæc in Dominum ponere vota suum.

C III.

Ordine commemoras quando miracula cœli,
Visibili fecit, quæ Deus orbe, canis.
Luceat in terris sapientia sola supremi,
Ut dicas nostris vsibus omne datum.

C IIII.

Horteriß populos omnes, pro laude canenda, Deu. 29.
Qui velut Hæbræa, munera, gente, petunt
A veteri ducas Abrahamo: in tempora nostra.
Sollicita historiam hanc, mente subinde, legas.

C V.

Enumera populi, peccata ingentia, pœnas
Enumera, robur viribus adde tuis,
Amplificata Dei cunctantis gratia detur,
Detur et addicti fœderis aura Dei,

C VI.

Aspice captiuos, correptos aspice morbis,
 Per mare, per terras, subleuat ecce Deus,
 Prouidet ille suis, huic gloria summa feratur,
 Vt porro populis consulat ille suis.

C VII.

Vt florente statu, regnum confurgat Iesu,
 Quemq; creat sancta relligione fidem,
 Genteq; Iudæa productum floreat vsq;
 Donec in hoc vnus corpore sensus, erit.

C VIII.

Quo pacto, Dominus, scelus execratur Iudæ,
 Sancta quod is miseræ tradidit ora neci,
 Sic metuas nostros, sic execreris Iudas,
 Qui fœdant Domini templa beata, sui.

C IX.

Hic iam decantâ, Christum sub origine natum,
 Esse sacerdotem, Regibus esse Deum.
 Illius æterno, quod stabit tempora regnum,
 Qui cruce, torrentis flumine bibit aquam.

C X.

Inde manu larga, non tantum alimenta ministret
 Agni Palchalis, sed sacra dona, ferat.
 Et testamenti, mysteria condita, sancti
 Præbeat, hinc grates conuenienter age.

C XI.

Res est sancta, Dei verum didicisse timorem,
 Qui tribuit meritis præmia digna suis.

Dicere, fœlices,

Dicere fœlices, hortari possis vt omnes,
Lumina non ficto chara timore regant.

CXI.

Si laudare voles Dominum, si noscere gaudes,
Laus ea, quæ Dominum debet adire tuum.
Hymnus hic inuitat, laudem prænunciat ipsam,
Perge modo, hæc noster munera Christus amat.

CXII.

Annua Paschali cum tempore festa recurrunt,
Aegypto populus ductus vt ipse fuit.
Prodigiosa Dei, memorare, insignia, grates
Hic, celebri poteris dicere sæpe, die.

Non nobis Domine, non nobis &c.

Iamq; colas Christum verum, verumq; parentem,
Qui Deus Israël, patris ab arce, datus.
Non simulachra colas, vel vana idola relictæ
Gentis, nec quod habet, vana superstitio.

CXIII. & CXV.

Quæstus eras, te dura pati, sed liber abisti,
Et curas animi dexterioris habes,
Perfer et obdura, carmen deprome beatum,
Eruet alma alio et tempore, Christus ope.

CXVI.

Sic quoniam, Christum, laudant regna omnia mundi,
Agnoscit Christum totius orbis honos.
Seruiat huic etiam, tua vox, quo gratia pacem
Proferat angelicis pacificata sonis.

Hunc cecinit

CXVII.

Hunc cecinit Dauid superatis hostibus, vtq;
 Acciperet populi Regia vota sui.
 Tuq; canas, quoties victor victricibus armis
 Læta Euangelij suscipis arma sacri.

CXVIII.

Legibus in sanctis, est posita vita beata,
 Hinc Deus, hac sanctus Spiritus arce venit,
 Imbuat, ille harum doctrina, pectora rerum,
 Vt pius, vt purus, sanctus vt esse queas.

CXIX.

Cum fueris patria pulsus, relegatus iniquè,
 Teq; premit reprobi lingua! dolosa viri.
 Ne tibi tunc noceat vesana calumnia, fraudes
 Ne noceant, multus ne noceatq; dolus.

CXX.

Auxilia interdum, quod multis differat horis,
 Sæpius ac retrahat Christus agentis opem.
 Ne desperato, nam partes prouehit ipse
 Lege tuas, modo tu fidere posse, putes.

CXXI.

Ipsa tribus Solymam quia ter veniebat in urbem
 Anno, festiuis festa sacrandæ rosis,
 Hanc vt tu Solimam accedas, Ecclesia namq; est:
 Temporis aduentu, pange, repange melos.

CXXII. orandus.

Opprimitur pius, aduersis, capit hostibus vlcus,
 Impius in summa dexteritate viget,

N

Ne lædat,

Ne lædat, ne turbet opem foeliciter auctam,
Perſiſtas ſalua conditione, loco.

CXXIII.

Non ceſſat Sathanas, nunquam feriatur et ille,
Chiliadum in ſancta millia gente ſtruit.
Liber es, haud porro: cum ſis gratatus Ieſu,
Illius metuas in tua terga minas.

CXXIII.

Non errat, ſecura manet gens, fidere Chriſto
Quæ ſolet, inq; ipſum ſpem poſuiſſe ſolet.
Hunc cane, quo ſecurus eas, quo ſurgere poſſis,
Nec tibi peccantis virga nocere queat.

CXXV.

Liber vt Aſſyrijs, gens eſt Hæbræa recepta,
Lætitia totos induit illa dies.
Lætitiã quæras, ſi ſunt Babilone reducta,
Aut ducenda ſient, templa beata, Dei.

CXXVI.

Nil noſtrum eſt, Dominus regit omnia, prouidet omne,
Cuſtodit vacuam ſolus et ille domum.
Publica res ergo quo floreãt, vrbsq; reſurgat,
Aſſiſtant turres, mænia, regna, domos.

CXXVII.

Accipe coniugij fructus, et pignora chara
Sancta Deus voluit, ſancta q; dona dedit.
Illius hinc nutu, Domini, reuerenter adora,
Traduces vitam proſperitate tuam.

CXXVIII.

Rebus in aduersis, patientia multa probatur,
 Rebus in aduersis, hic patienter age,
 Quære, pete, exora, pro saluis vota capesse,
 Incidet in casses impius ecce tuos.

CXXIX.

Conscia mens ingens, erroris vt ipsa, baratrum est,
 Sic tenet exactum cognitione malum.
 Curre, fer auxilium, Christi fiducia perstet,
 Vt laus sit veniam conciliasse tibi.

CXXX.

Ne te iustitiæ propriæ, noua gloria captet,
 Aut opus esse tuum, lumine mentis ames,
 Iustitiam quæsitâ fides, optataq; laudet,
 Ne cordis mala sint, interiora tui.

CXXXI. *canendus.*

Est iuramento, promissio certa relicta,
 Semina Dauidis non peritura, die.
 Idcirco vt sanctam moderetur lege, Siona
 Christus, et in verbo stent sacra templa, cane.

CXXXII. *similiter.*

Nil adeo sanctum, quam si concordia fratres
 Vnanimis, cœlo prolificata, ligat,
 Quo tua fraterno sic vita accedat amori,
 Ceu olida è sacro balsama rore, fluant.

CXXXIII.

Diuini verbi, vigiles in nocte, ministros,
 Pectora sanctorum religiosa virum,

N ñ

Hortari vt

**Hortari vt possis Domini sermone triumphent,
Vt doceant, vt dent, munia sancta, precum,**

CXXXIIII.

**Istius, hoc, causas, psalmo, rationis habeto,
Qui sit laudandus tempus in omne Deus,
Quæ fuerint tanti, miracula maxima, Regis,
Solutus ab æterna qui bonitate manet.**

XXXV.

**Vtq; suis celebres, magnalia plurima donis,
Agnoscas populo, quæ benefacta dedit,
Contulit hæc gratis, tam munera larga popellis,
Immemores iubeas hinc minus esse viros.**

CXXXVI.

**Vt lugere queas, alieno captus amore,
Cum te peccatis poenitet esse grauem,
Ne velut Hebræa est, Babilonis turba, petita
Captu, solo, erres, precipitatus agro.**

CXXXVII.

**Laude pia perstet tua quo confessio, perstet
Gratia conceptis insinuata bonis.
Laude tua Dominus, cunctas fateatur in horas,
Et tua cœliferum, personet aura, Deum.**

CXXXVIII.

**Temptatus fueras, temptatio tanta probabat,
Qualem te Domino duxeris esse tuo.
Huic age tu grates, non hunc cogitatio fallit,
Facta nec auditu percipienda suo.**

In terra

CXXXIX.

In terra Iudex, Dominus Deus, aspiciť æquis
 Ille oculis, hominum facta nephanda, suis.
 Liberet, eripiat, defendat, protegat, vt sit
 Mens inimica actis, fabula, tacta suis.

CXL. deprecandus.

Hanc tibi det mentem Christus, vitare malignos,
 Qui possis, reprobos spernere corde, viros.
 Lumina qui possis, studiose, odisse potentum,
 Amplectiq; homines, dexteritate bonos.

CXLI.

Iustus es, afflictus variarum turbine rerum,
 Afflictus varijs, iustus es ipse, malis.
 Quærito præsidium, speratam quære salutem,
 Vindice consistes iustior ante manu.

CXLII.

Ne quis desperet, quoties sua semina spargit
 Dæmon, nec vitium non cumulare facit,
 Hinc iam contrectat, vitiorum fomite mentem,
 Libera sit, venia hac, mens onerata, Dei.

CXLIII.

Ne timeas Goliath, David victricibus armis
 Aduersus populo, quando Tyrannus erit.
 Vt superare queas, superatum eludere verbis,
 Victrices bello, iamq; referre manus.

CXLIIII.

Quo magna celebres Dominum grauitate potentem,
 Cuius ab æterno provenit aura solo,

Omne quod hîc animal nutrit, discrimine dempto,
Lege, hominem in primis, commodiore, colat.

CXLV. hoc Psal.

Fidere Principibus magno confidere Regi,
Hoc fragili mundo, gloria stulta, manet.
Nulla salus illis, authorem quære salutis,
Dulcia qui veræ dona salutis habet.

CXLVI.

Vt populus, Christum decantet laudibus aptis,
In cuius nutu, statq; manetq; dies.
Qui cunctis bonitate cibos, animalibus addit,
Munere qui cunctos fertilitatis, alit.

CXLVII.

Hortare, acclama, quo cuncta creata, supremum
Esse creatorem, qui dedit omne, ferant.
Tu quoq; cognoscas divina potentia quod sit,
Quicquid hic, egregio lumine mundus habet.

CXLVIII.

Vt tua succincto tuba sit Tyrrenica cantu,
Inflata, et dulci, carmina grata, sono,
Ignis, grando, vapor, post spiritus, inde procellæ,
Audiat vrbs, montes, lignaq; percipiant.

Quod

Quod Deus ignoscit, peccati grandis aceruum,
 Inq; suo populo complacuisse solet,
 Prome nouis Cytharis, noua cantica, Barbitus adsit,
 Sint laudes Domini, Musica nabra, Dei.

C L. & ultimus.

Si tandem cunctis, renouatus legibus, audis
 Quæ sancti fuerint dogmata sancta Dei,
 Glorificata tuo, sustollito numina plausu,
 Omnibus in Christi, gloria rebus eat.

CHRISTO, DOMINO SALVATORI
 nostro, rerumq; omnium moderarori, sit glo-
 ria, laus, et honor, in sæcula
 perpetua.

ELEGIA, CLA- RISSIMO DOCTISSIMOq; VIRO, D.

Magistro Georgio Muffero, Rectori scholæ Vienen,
apud S. Stephanum, amico sincero et benè
cupienti, Ioannes Leander.

CLare vir, Aönios multum sudate per hortos,
Clare vir Aufonijs gloria digna choris.
Miraris forsan, quæ tanta audacia cœpti,
Proueniat digitis sole tepente tuis.
Vnde vel adueniat compressis littera labris,
Ignoto veniat littera muta pede.
Non ignota quidem, causa es, qui prouocat harum
Materiem rerum, qui sacra dona petit.
Notitiam, primosq; gradus communis habebat
Musa, sub Austriacis sæpe renata plagis,
Nunc licet infida distet quia sorte locorum,
Tuq; hanc hospitio liberiore foues,
Non tamen aduersis concurrat gratia plectris,
Musa tuis studijs, neue aliena meis.
Est nobis facilis, quoniam delegit Apollo
Lauriger insuetum, sub sua dona locum,
Hinc parili cultu spirant Penèia Tempe,
Hinc nostris spirat Chloridos herba dijs.
Idcirco Argolicos libuit spirantibus hortos
Ventis, ad laudes iure parare pares,
Intrare hos libuit, quoniam communis et vsus,
Dentur amicitia, munera larga nouæ.

Sed

Sed quòd distemus, multo rationis honore,
Hoc fieri credas, vir bene nate mihi,
Credere ne dubites. Germano ex fratre nepotem,
Vt fingas, tecum doctè Magister habes,
Hic meret eximio triplici sub munere linguæ,
Illustriq; tua congerit orsa schola,
Rettulit is de te, quod tu testatus amice,
Vt cupias Musis, prosperiora meis.
Quæ pietas in te, qualis solertia menti
Descendat, blandum per tua labra melos,
Vt bene constituas, formes vt dona iuuentæ
Florida, nec minor is, qui meus ante siet.
Hæc studiij pietas ergo, mea pectora mouit,
Hæc Musas claram iussit adire domum.
Atq; pium studium vestris offerre Camænis,
Ornatæq; tuæ participiare scholæ,
Pro vili quod castra meret stipe, vile putabis,
Vilius et studijs esse putabis opus,
Consule materiem, sacrum succendit amorem,
Paruula pro paruis mentibus ora rigat.
Iunge tuis, constringe tuis, annectito plectris,
Quod facis ad Christum, ser pietate preces.
Admonitus saltem, sanctis assistito ludis,
Permittas pubem diripuisse tuam.
Vt quod vulgare est, primis elementa labellis
Præmissa hac tradas cum ratione tuis.
Grammatices addas præcepta salubria doctæ,
Qua sine difficili cætera habebit ope.

O

Subiungas

Subiungas nodos, quos dat Dialectica vafros,
Vt cedat fictis ipse Sophista suis.

Rhetoricis posthæc induti floribus omnes,
Discipuli gratas dispacientur aquas,
Contendant sacra, super astra volare Mathesi,
Haud facili captu quærere plura, polo,

Mirentur triplici, cœlestia dona Pœsim
Numine, quo nihil hîc sanctius esse putent,
E cœlo credant delapsos esse Pœtas,
Et studijs credant astra tenere sacris.

Numina sanctorum quærant qui mystica vatunt,
Et præcepta Dei commemorata petant.

Musica degustent, et munera, plura professi
Dona facultatum, maxima dona virum,

Vt sic ingenuas triuijs popularibus artes
Concipiant pueri, spe meliore, tui.

Sed prius attrectent paruis in iure labellis,
Musarum pateant omnia sacra prius,

Sit mens, sitq; animus, cupiant accedere Christo,
Semina qui cœptis ingerit ista bonis,

Semina qui studijs concedit talia iustis,
Per quem Mæonidum iusta palestra datur,

Semina præmittant veræ pietatis adulta,
Præmittant castas, pectore & ore preces.

Callida venentur Duce te sacraria, quæ tu,
Cladibus oppressis applicuisse soles,

Solus enim, notum est, artes sufferre iacentes,
Vt fructu redeant non pereunte, studes.

Gratus

Gratus ob hoc lustras clari penetralia ludi,
Austriaco reparas, præuia dona solo,
Exulibus Musis patrio succurris amore,
Non ipsas pateris, dum paterere, mori,
Ad te conducis, quos gloria vera moratur,
Exornas titulis corda pudica suis.
Inq; schola excelsa, formas de iure magistros,
Te Duce sunt baccis laurea fecta tuis.
Imponis viridi merito sub honore iuuentæ,
Vt laudi statuunt, digna tropæa suis,
Vt studijs decorent animos, euehantq; supernè,
Vtq; sient clari, Pannonis ore viri,
Vt varijs tandem dispargant vrbibus vt sit
Virtutis partæ, vel pietatis, honos.
Admittas igitur, nostri dignissime versu
Dicj, vir summis concelebrate bonis,
Primulus hic ardor pietatis, et aura precandi
Consistat vestra, parte minore, schola.
Admonitiq; legant pueri, Christumq; saluent,
Leandrosq; lies tu memor inde tui.
Sustine credentem, præter pietatis amorem
Et præter sanctas, omnia vana, preces.
Omnia dispereunt, celeberrima regna popellis,
Cætera quæq; tenent disperiëre diu.
Si videas Crispos Indos, Lybiemq; sub Austro,
Aut Arcton gelidam duxeris esse Schytæ,
Septem sic orbis saltem miracula fuëre,
Mausolei restat non nisi fama rogi,

O ñ

Non Phæ

Non Phariæ turres, Rhodos, aut Thebana columna,
Non Babylon, nec habet mœnia Roma sua,
Nil Persis restat, doctis nisi nomen Athenis.
Omnia turbatis interiere locis,
Omnia dispereunt formosi lumina mundi,
Extendunt solæ sæcula tota preces.
Inferiora fugant, cœlestia limina pandunt,
Clare vir, Ausonijs gloria digna choris.

RECTORIBVS ET MAGISTRIS SCHOLÆ NIS- sensis. Idem Leander.

Quid faciat lætas segetes puerilibus annis,
Vertere quo pacto florentis dona iuuentæ
Conueniat, quæ cura huius, quis cultus habendus
Sit puero, et veniat quanta experientia cultu,
Hinc canere incepti. Vos ô clarissima ludi
Lumina Nissensis, varium qui ducitis annum,
Liber et alma Venus, vestro ne munere frangant
Aoniam terram, studiosæ corda iuuentæ
Pocula subductis viciunt spumantia labris.
Sic vos agrestum puerorum frangitis ora,
Fertis opus, viridi ne frustra flore patefcant
Munera vestra. Dedi, præsentis numinis instar
Diuias preculas, quibus omnia vota reclusa
Musarum pandunt, sacraria tota refulgent,
Illustriq; scholæ, pars optima cedit, habetq;

Ornandi

Ornandi pueri primum com semine culti m,
Semine demissos fructus, et lumina rerum
Extendunt, solæq; trahunt dulcedine tempus.
His quo promissis, noua subducantur in horas
Pectora, sint studijs non auersata secundis
Lumina, præcedant doctorum præmia, pergant
Ornare excultos mores, et peruia iura
Mæonidum, sacro iam præcipitata tumultu.

Cumq; Scholæ illius cœpta est noua forma Magistri,
Cuncta repentino Princeps Celsissimus vrbs
Consilio adduxit, studijs & præmia rectis
Constituit, dederitq; Scholæ, sua dona professis,
Gratuito vt pueri studiorum carpere possint
Fructus, Vos autem, venerandi cura Senatus
Maxima delegit, venerandi cura Senatus
Prouida præfecit, venerandi cura Senatus
Inclita conduxit, præsentî nomine, nostri
Principis Excellsi. Intretis, fingatis amore
Agrestes animos patrio, instauretis honores
Ingenuosq; Scholæ, nascenti munere fungi
Nunquam cessetis, rapiant cum fœnore fructus
Discipuli ludis sic inuitantibus omnes
Pægaseos, artes quærant, ductoribus almis,
Infractas reparent vires, studijsq; fatigent
Pectus anhelato firmatum lumine Diuum,
Præmia proponant, credant cum laude futuros
Non falsa magnos, ipso Cicerone deserto
Viuendi præcepta petant, quæ sancta Magistri

Traditis exultî, ciuilia iura requirant,
Quæ melius nemo docuit, formarit et ægrum
Nemo quidem ciuem, Studium si gnauius omne,
Sub prima cœpit primò gustare iuuenta.

Dispeream, faciles ad munera docta Magistri,
Si pueri inciperent vestris hortatibus ista
Semina de cœlo pietatis, et inde palestram
Quærere principijs, Elementis ante paratis,
Quam Sophiam quærant, volitent sine et æthera, pennis,
Pæniteat cœpti post tandem aliquando laboris.
Incœptam meritis augebunt tempore venam,
Florea sarta legent Musarum, præuius austro
Iam facili Christus, monstrabit dogmata sana,
Deseret hos nunquam iuuenes, qui prima precando
Vota instaurabunt, pergent hœc pectore cœpto
Consuluisse bonis studijs, super astra volantes.

Dispeream, si tunc dicturi. Sustinet alas
Læua manus, lapidem sed dextera sustinet, vnde
Me si pluma leuat, lapidis graue pondus adusq;
Mergit. Sic superas si forsitan ire per arces
Concessum ingenio, paupertas inuida multis
Deprimit, Haud vnquam. Diuersum dicere præstat.

Dispeream, si non formati legibus istis
Orandi, amissum decus, et detracta resument
Præmia iam docti, certè melioribus ausis
Aera petant stimulis, captabunt laudis amorem,
Virtutemq; cient, hinc hinc, tandemq; repleti
Lumine doctrinæ, ciues, rectiq; boniq;

Incipient

Incipient fieri, culti, regere vrbis honores
Contentent. Doctis veniunt quia dona, nec orbem,
Aut urbem indocti statuent, pro lege secunda,
Hic, quod stare nequit, nec & hæc subsistere iure.

Macti igitur, chari, quos Præceptoris alumni
Sæpe loco pueri contendunt esse parentis,
Iungite sic vltimos, precibus, sic iungite vites,
Extendent magnos ad sæcula plurima ramos,
Ramos extendent, sertum superaddere honoris
Non intermittent, coma cincta salubribus vmbreis,
Gloria præclaris virtutibus ipsa futura est.
Optimus hinc ciuis, Christo Duce et auspice Christo,
Optimus hinc ciuis precibus suffultus adibit
Munia, coniunctis quæ fert Respublica tuta
Legibus, Hic alia, qui vix ratione paratur.
Vt iustis patriam, si quando, vindicet armis,
Turbatur, Thrasybulus et hic nisi mitia donet
Vindice se, concors consistat in vrbe Senatus,
Omne simultatis pondus graue suppressat, ipsos
Candoris fructus candori ventilet ipsi,
Quam placidus, mitis, mansuetus, iustus in omnes,
Palladiæ sertum circa sua tempora cingat,
Muneris et magni fungatur vt ordine, honorem
Sic gerat inuictum, inuicto dum pectore gaudet,
Aemulus à studijs, quod detulit ille benignis.

Pergite, cognitio est docti non vana Magistri,
Quid faciat lætas segetes, puerilibus annis.

FINIS.



In Nomine domini nostri Ihu
Amen.

bliczna

Anno i. n. 69. Dominica palmarum
Feria ^{3^{ta}} ~~4^{ta}~~ accepi possessionem super vicem
venerabilis & Eximij D. Doctoris The
odori Lindanij

